tatē celebrandū īstituit. quia tunc eius ec/
clesia dedicata fuit. Et solennitas natiui/
tatis beati iohannis baptiste in suo die re/
mansit Nimirū. q2 hec dies ab angelo gau
dio natiuitatis p̄cursoris autēticatus fuit
Non aūt dogmatizandū est q̄ euangelista
baptiste cesserit tancꝫ minor maiori. Non
em̄ decens est quis eorū maior sit disputa/
re. Qd̄ etiā quodā exemplo diuinitus est o
stensum Erāt ei vt legit̄ duo doctores theo
logi. quoꝝ vnus iohannē baptistā. alter ve
ro iohannē euāgelistā preferebat. Tandē
sup hoc solēni disputatōe indicta quilibꝫ
valde solicitus erat autoritates ꝛ efficaces
rōnes inuenire quib; suū iohannē posset p̄
ferre. Aduenīete aūt disputatōis die. quili
bet scōꝝ emulatori suo apparuit eicꝫ dixit.
Bene ꝯcordes sumus ī celis. de nobis nō
disputetis in terris. Tunc illi sibi adinui/
cem ꝛ om̄i populo visionē publicauerūt. et
dn̄m bn̄dixert̄. Paulus hystoriograph9
longobardoꝝ romane ecclesie dyaconus ꝛ
cassinensis monachus. cū deberet quadā
vice cereū consecrare. fauces eius rauce fa
cte sunt cum prius vocalis esset. Ut ergo
vox sibi restitueretur hymnū. scilicet. Ut
queant laxis. ꝛc̄. ad honorē beati iohannis
composuit. Ubi in principio petit sibi vo/
cem restitui. sicut ꝛ zacharie restituta fuit.

Ossa mortuoruꝫ animaliū vndecuncꝫ
collecta in hac die ab aliquibus cōburun/
tur. Cuius duplex ē causa. vt ait iohānes
beleth. Una est ex antique institutiōis ob
seruantia. Sunt em̄ quedam aīalia que
dracones vocantur. que in aere volant. in
aquis natant. in terra ambulant. Quan/
docꝫ aūt dum per aera ambularent ad li/
bidinē concitabantur. ꝛ in puteis ꝛ aquis
fluuialibus sperma iactabant ꝛ inde se/
quebatur letalis annus. Contra hoc ergo
istud inuentū fuit remediū vt de ossib; aīa
lium rogus fieret. ꝛ sic talia aīalia fumus
fugaret Et quia istud maxime hoc tempo
re fiebat. ideo istud adhuc ab aliquib; ob/

seruatur Alia causa est ad representandū. q2 ossa sancti iohannis in sebaste ciuitate ab infidelib9 ꝯbusta fuerūt. Ferunt etiā facule ardētes. q2 iohēs fuit lucerna ardēs ⁊ lucēs. Et rota vertit. q2 sol tūc in circulo descendit ad significandū ꝙ fama iohānis qui xp̄s putabat descendit. ſm qd̄ ipe testimoniū perhibuit dicens: Me oportet minui illum aūt crescere. Hoc significatū est ſm qd̄ dicit Aug9. in eoꝝ ortib9 ⁊ in eorum mortib9. In eorū ortib9. q2 circa natiuitatem iohānis dies incipiūt decrescere. circa natiuitatē xp̄i crescere. Iuxta illud Solsticiū decimo xp̄m preit atq3 iohannē. Itē in eoꝝ mortib9. q2 corpus xp̄i in cruce fuit exaltatū. corpus iohānis capite minoratū. Refert paulus in hystoria longobardorū. ꝙ rocharith rex longobardoꝝ iuxta ecclesiā sancti iohānis baptiste cū multo ornatu sepultus fuit Quidā vero cupiditate illectus nocte sepulcrū aperiēs abstulit vniuersa. Cui beatus iohānes apparēs dixit: Cur ausus fuisti tangere mihi ꝯmissum. Ecclesiā meā de cetero ingredi nō valebis Qd̄ vtiq3 sic euenit. Nam qñcunq3 predictam ecclesiā intrare volebat quasi a validissimo pugile guttur eius feriebat. ⁊ sic subito retro ruebat.

LXXXI.

De sanctis Geruasio ⁊ Prothasio.

Eruasius a gerar qd̄ est sacrū ⁊ vas. vel a geua qd̄ est incolatus ⁊ syor paruulus q̄si sacer ꝑ vite meritū. vas ꝑ virtutū receptaculū. peregrinus per mūdi ꝯtemptū. paruulus ꝑ sui despectū. Prothasius a prothos qd̄ est primū. ⁊ sios de9 siue diuin9. vel a procul ⁊ stasis. i. positio. q̄si p̄m9 ꝑ dignitatē. diuinus ꝑ dilectionē. ꝓcul positus a mundi affectōe. Hoꝝ passionē ambrosius in libello ad caput eorū posito scriptā inuenit.

Geruasius ⁊ prothasi9 gemini fratres filij fuerūt sancti vitalis. ⁊ beate valerie. Qui oīa sua pauperibus erogātes manebāt cū sancto nazario q̄ apud ebrudunū oratoriū ꝯstruebat. ⁊ ei celsus puer lapides porrigebat. ꝙ vero nazarius iam celsum habuisse narrat. forte ꝑ anticipationē accipit. cū longe post eū sibi fuisse oblatū ex hystoria nazarij colligatur Cū aūt oēs ad neronē imperatorē ducerent sequebat eos eiulās puer celsus. Quē cū vnus militū alapis cederet ⁊ cedentē nazarius increparet. irati milites nazarium calcib9 ceciderūt. ⁊ ip̄m cū alijs in carcere recluserūt. ⁊ postmodū in mare ꝑcipitauerūt. Geruasiū vero ⁊ ꝓthasiū mediolanū duxerūt. Nazarius ꝟo miraculose liberat9 mediolanū venit. Eo tp̄e superueniēte comite astasio q̄ ꝯ marchomannos ꝓficiscebat ad bellū. deoꝝ cultores eidē occurrerūt. asserētes ꝙ dij sibi rn̄dere ꝯtēnerēt nisi pri9 geruasi9 ⁊ ꝓthasi9 imolarēt. ꝯtinuo igit tenent ⁊ vt sacrificēt inuitant. cui cū geruasi9 oīa idola surda ⁊ muta diceret. ⁊ ip̄m ab oīpotente deo victoriā requirere debere doceret iratus tādiu eū plūbatis cedi iussit q̄diu sp̄m exalaret. Deiñ ꝓthasiū accersiri fecit eiq3 dixit. Miser vel tu viuere stude. ⁊ noli cū fratre tuo mala morte ꝑire. Cui ꝓthasius. Quis est miser ego q̄ te nō timeo. aut tu q̄ me timere probaris. cui astasius Ego te miser hō quō timeo. cui prothasius. In hoc me timere ⁊ te ledi probaris. si nō sacrificauero dijs tuis. Si eñi te ledi a me nequaq3 timeres. nunq3 ad sacrificiū idoloꝝ me ipe ꝯpelleres. Tūc eū comes in eculeū suspendi precepit. Cui prothasi9 Non tibi comes irascor q̄m cecos oculos tui cordis attendo. quin potius tui misereor. q2 nescis quid facias. Age igit quod cepisti vt mihi cum fratre meo occurrere possit benignitas saluatoris Tunc comes iussit eum decollari. Philippus aūt seruus christi cum filio suo corpora eorū rapuit ⁊ occulte i domo sua in archa saxea sepeliuit. ⁊ libellum eorū ortum finem ⁊ vitā continentē ad eorum caput posuit. Passi sunt aūt sub nerone qui cepit circa annū domini quīquagesimūseptimū. Hoꝝ corpora multo tempore latuerūt sed tempore beati ambrosij hoc modo reperta fuerunt Ambrosio nanq3 in ecclesia sanctorū naboris ⁊ felicis in oratione posito. ita vt nec vigilaret aperte. nec dormiret integre. apparuerūt ei duo pulcerrimi iuuenes vestib9 cādidis. i. collobio ⁊ pallio induti. caligulis calciati. secū māib9 extēsis orātes Orauit igit ambrosius vt si ē

illusio nō vltra appareat si aūt veritas de
nuo reueletur. Simili igitur modo canē/
te gallo orantes secū iuuenes apparuerūt
Tertia vero nocte defecto iam corpore ie/
iunijs nō dormiēti sed stupente cū tertia
sibi apparuere persona que siliis paulo a/
postolo videbatur. ꝛm ꝙ in pictura ꝓspe/
xerat. Illisqꝫ tacentibus aplus sibi dixit.
Isti sunt qui nichil terrenū desiderantes
monita mea secuti sunt. Quoꝝ corpora i
eo loco reperies in quo stas. Duodeci pe/
dum altitudine terra coopertā archā in/
uenies ꝛ ad caput eoꝝ libellū in quo ortꝰ
eorū cōtinetur et finis. Cōuocatis igitur
vicinis epis: ipe prior terre fossor accessit:
ꝛ oia ꝓ vt dixerat sibi paulus inuenit. Et
licet iam tricēti anni ꝛ vltra fluxissent. ita
tamē corpora eorū sunt reperta: ac si ipsa
hora ibidē fuissent posita. Insup ꝓ odor
suauissimus et mirabilis inde fragrabat
B Cecus autē quidā tangens feretrū
illuminatus est. Et multi alij meritis eo/
rū curati sunt In hoꝝ solēnitate pax inter
longobardos ꝛ romanū imperiū reforma
ta fuit. et ideo gregorius papa loquet do/
minus pacē in plebem suam. in introitu
misse cantari instituit. Unde et officia p/
tim sanctis cōueniūt. partim euentibus q̄
ipsis contigere diebus. Refert Augꝰ in li/
bro vicesimo de ciuitate dei. ꝙ ipso presen
te ꝛ impatote ꝛ multa turba. quidā cecus
apud mediolanū ad corpa martyrū ger/
uasij ꝛ prothasij lumē recepit. Utrū autē
sit predictus cecus an alius ignorat. Idē
quoqꝫ refert ibidē ꝙ quidā iuuenis in vil
la victoriana que ab iporegio triginta mi
liaribus distat cū in quodā flumine equū
lauaret: continuo diabolus eū vexauit: et
in flumen tanqꝫ mortuū proiecit. Cū aūt
vespere in ecclia beatorū geruasij et pro/
thasij que ꝓpe erat cantaretur. ille vocibꝫ
illis quasi percussus: cū grādi fremitu ec/
clesiā intrās altare tenebat. nō amoueri n̄
valēs tanqꝫ si ibidem alligatus fuisset. Et
cū demon vt inde exiret adiuraret: ille se
eius mēbra amputare cū exiret minabat
Cū ergo adiuratus exiret. oculus eiꝰ in ma/
xillā fusus tenui venula depēdebat. sed in
locū suū sicut potuerūt oculū reuocarunt.
Et ecce intra paucos dies meritis sancto/
rum geruasij ꝛ prothasij plene sanatus est
Ambrosius quoqꝫ in prefatiōe sic ait Hi
sunt q̄ vexillo celesti signati victricia apli
arma sumpserant. ꝛ a mūdanis nexibus
absoluti neqssimi hostis viciorū aciē pro/
sternētes liberi: ꝛ expediti xp̄m dn̄m sunt
secuti. O qꝫ felix germanitas q̄ sacris in/
herēdo eloquijs nullo potuit interpolari
contagio. O qꝫ gliosa certaminis causa:
vbi pariter coronantur quos vnus vte/
rus maternus effudit.

LXXXII A

De sanctis Johanne ꝛ Paulo

Johannes et paulus
primicerij ꝛ prepositi constancie
filie cōstantini augusti fuerunt
Eo autē tpe cū gens cythica daciā ꝛ tra/
tiam occuparet ꝛ gallicanus dux romani
exercitus contra p̄dictā gentē mitti debe/
ret: constantiā filiā constantini pro mer/
cede laboris sibi in vxorem dari petebat.
Quod etiā romani principes instantius
fieri postulabāt. Pater autē plurimū tri/
stabatur: sciens filiā suā postqꝫ a beata a/
gnete sanata fuerat in ꝟginitatis ꝓposito:
positā facilius occidi posse qꝫ ad cōsensuꝫ
inclinari. Uirgo tamē de deo cōfidens pa
tri consuluit: vt eā sibi spondeat cū victor
rediret Uerūtamē duas filias suas quas
ex vxore defuncta susceperat: idē gallica/
nus secū manere permitteret: vt per eas
mores ꝛ votū patris scire posset. Et ipsa
duos prepositos suos iohannē ꝛ paulum
sibi concederet: in spe quasi maioris firmi
tatis: rogans deū vt ipum ꝛ filias cōuer/
teret. Qd vbi omibus placuit: gallicanus
assumptis iohāne ꝛ paulo ꝛ copio so exer/
citu proficiscitur. Sed tn̄ a cythicaꝝ gen/
te eius exercitus frangitur: ꝛ in vrbe tra/
ciarū ab hostibus obsidet. Tūc acceden/
tes iohānes ꝛ paulus eidem dixerūt. Fac
votū deo celi: ꝛ eris victor melior qꝫ fuisti
Qd cū fecisset: iuuenis in humero ferens
crucē statim sibi apparuit eiqꝫ dixit. Su/
me gladiū tuū ꝛ sequere me. Quē ille ac/
cipiens: per media castra iuit: ꝛ ad regem
vsqꝫ deueniēs. illumqꝫ occidēs. solo timo/
re vniuersum exercitū subiugauit. ꝛ roma
nis tributarios fecit Duo qꝫ milites ar/

mati eidem apparētes eū hinc inde confir
mabant. Fact⁹ igitur christian⁹ romā re/
diit. ꝛ cū multo honore susceptus rogauit
augustū vt sibi indulgeret si filiā minime
desponsaret. eo ꝙ decetero xp̄o ꝯtinēter vi
uere ꝓponeret. Qḋ cū augusto plurimū
placuisset. ꝛ due ilie gallicani a cōstantia
ꝟgine ad xp̄m ꝯuerse essent. ip̄e gallican⁹
ducatui cessit. ꝛ omnia paupibus tribuēs
xp̄o cū alijs serui dei in paupertate seruiuit
Multa aūt miracula faciebat. ita vt solo
visu demones de obsessis corpibus effuga
ret. Hui⁹ sacri opinionis fama in toto
orbe terrarū intantū excreuit. vt ab oriēte
et occidēte venientes viderēt virū ex patri
cio cōsule lauātem pedes pauperū ponen
tem mēsam. aquā manib⁹ effundētem lā
guētib⁹ solicite ministrātem: et cetera san
cte seruitutis officia exhibentē. Cōstātino
igitur defuncto ꝯstāti⁹ cōstantini magni
filius arriana heresi deprauatus imperi/
um tenuit. Verū cū constantius frater cō
stantini duos filios scȝ gallū ꝛ iulianū re/
liquisset. constātius imperator dictū gal/
lum cesarē fecit. ꝛ contra iudeā rebellan
tem misit. Quē tamē postmodū interfe/
cit. Julianus ꝟo timēs ne exemplo fratris
a constantio perimeret monasterium in/
gressus est. Ubi magnā religionem simu
lans lector ordinatus est. Qui per malefi
cium demonē consuluit. responsum accipi/
ens ꝙ ad imperiū sublimādus esset. Post
aliquod tēpus vrgentibus aliquibus ne/
gocijs: constantius iulianū cesarē fecit: ꝛ
ipsum in galliā destinauit. Qui omīa stre
nue agebat. Mortuo aūt constantio ꝛ iu
liano apostata in imperium a constantio
sublimato: iussit iulianus vt gallicanus
aut dijs imolaret aut abscederet. Tanto
enī viro nō audebat necē inferre. Ille igit
alexandriā perrexit: ab infidelibus ꝑ cor
trāsfixus martirij coronā ꝑcepit. At iulia
nus captus cupiditate sacrilega auaritiā
suam euangelij testimonio colorabat. Nā
facultates a christianis auferens dicebat.
Christus vester dicit in euāgelio. Qui nō
renūciauerit omnibus q̄ possidet nō potest
meus esse discipulus. Audiens igit ꝙ io/
hānes ꝛ paulus ex opib⁹ quas virgo con/
stantia reliquerat xp̄anos pauperes su/
stētabāt: mādauit eisdē ꝙ sicut constāti/
no ita quoqꝫ ꝛ sibi adherere deberēt. At il
li dixerūt. Dum gloriosi imperatores con
stantinus ꝛ filius eius constantius se esse
seruos xp̄i gloriabant nos famulabamur
eisdē. Tu ꝟo qr religionē plenā virtutib⁹
reliquisti. a te omino recessimus ꝛ tibi obe
dire cōtemnimus. Quibus iulianus mā/
dauit. Ego in eccl'ia clericatū obtinui: et
si voluissem ad primū ecclesie statū perue
nissem. Sed considerās vanū esse inertiā
sectari ꝛ ociū: milicie animū dedi. dijsqꝫ sa
crificans eorū suffragijs imperiū obtinui
Unde vos in aula regia nutriti nō debe/
tis lateri meo deesse: vt primos vos in pa
latio meo habeam. Quod si a vobis con/
temptus fuero agā vt necesse est vt contē/
ni nō possim. Qui respōdentes dixerunt.
Deū tibi preponētes minas tuas neqꝫ
timem⁹ ne regis eterni inimicicias incurra
mus. Ad hoc iulianus. Si infra decē dies
vltro ad me venire cōtempseritis: coacti
postmodū facietis quod spōte facere non
curatis. Cui sancti respōderūt. Jam decē
dies preterisse estima: ꝛ hodie facito quod
tunc te facturū esse minaris. Quibus iu/
lianus. Putatis quia martyres vos faci/
ant chrystiani. Nisi mihi cōsenseritis: pu/
niam vos. nō vt martyres. sed vt publicos
hostes. Tūc iohānes ꝛ paulus ꝑ totos de
cem dies elemosynis insistētes oīa sua pau
perib⁹ erogabāt. Decima aūt die missus
est ad eos therētian⁹ q̄ dixit eis. Dn̄s no/
ster iulian⁹ statiunculum aureū iouis ad
vos misit. vt eidem thura incēdatis alio/
quin ambo simul peribitis. Cui sancti dix/
erunt. Si tu⁹ domin⁹ est iulian⁹. habeto
pacem cū illo. nobis alius dn̄s non est nisi
domin⁹ iesus xp̄s: Tūc iussit eos occulte
decollari. ꝛ in fouea intra domū sepeliri fa
mam faciēs ꝙ in exiliū essent missi. B
Post hoc fili⁹ therentiani a demone arri/
pitur. ꝛ intra domū clamare cepit ꝙ a de/
mone vreretur. Quod videns therentia/
nus: scelus confitetur: ꝛ xp̄ianus efficitur
passio sanctorū ab eo cōscribitur: ꝛ eius fi
lius liberatur. Passi sunt autē circa annū
dn̄i. CCCLXIIII. Refert greg⁹ in ome
lia euāgelij. Si quis vult venire post me:
ꝙ quedā matrona dum ecclesiā istorū mar

tyrũ frequẽtius visitaret: ⁊ die quadã inde
rediret duos stantes monachos sub pere
grino habitu inuenit q̃s pegrinos credẽs
elemosynã sibi dari precepit Sʒ postq̃ di/
spensator eis ad largiendũ elemosynã ap/
propinq̃sset astiterũt ei vicinius ⁊ dixerũt
Tu nos modo visitas nos te in die iudi/
cij requiremus: et quicq̃d poterim⁹ tibi p̃/
stabimus. Quo dicto ab oculis eius abla
ti sunt. Ambrosius in prefatõne de his
martyribus sic dicit. Beati martyres io/
hannes ⁊ paulus veraciter impleuerũt qd̃
dauitica voce dicitur. Ecce q̃ȝ bonuȝ et q̃ȝ
iocundũ habitare fratres in vnũ. Nascen
di lege cõsortes fidei societate coniũcti: pas
sionis equalitate consimiles. in vno sem/
per dño gloriosi. LXXXIII

De sancto Leone p[illegible] A

Leo papa vt in miracu
lis beate v̾ginis legitur in eccle
sia sancte marie maioris in die
resurrectiõis missam celebrabat. ⁊ dũ fide
les p̱ ordinẽ cõmunicaret ⁊ quedã matro/
na manũ eius osculata fuisset ex hoc in eũ
vehemens carnis tẽptatio insurrexit. At
vir dei in semetipm̃ seuissim⁹ vltor insur/
git. ⁊ eadem die manũ se scandalizantem
occulte penitus amputauit. ⁊ a se reiecit.
Interea murmur oriebat̾ in p̱pl'o cur sum
mus pontifex diuina more solito non cele/
braret. Tunc leo ad beatã virginẽ se con/
uertit. ⁊ eius prouidẽtie totaliter se cõmi/
sit. Tunc illa cõtinuo sibi astitit. ⁊ manuȝ
suã suis sanctissimis mãibus illi restituit
⁊ reformauit iubens vt procederet. ⁊ filio
suo sacrificiũ imolaret. Leo igitur omi po
pulo q̃d sibi contigerit predicauit. et ma/
num restitutã omibus euidenter ostendit
Hic calcedoñ. conciliuȝ celebrauit. solas
virgines ibidẽ velari instituit. Ibi etiam
statutũ fuit: vt virgo maria mater dei ap/
pellaretur. Eo quoq̃ tẽpore attila ita/
liã deuastabat. Igitur sãctus leo in eccl'ia
apl'oꝝ trib⁹ diebus ⁊ tribus noctibus orõi
vacans post hoc dixit ad suos. Qui vult
me sequi sequatur. Cum igitur ad attilã
ꝓpinquasset ille vt beatũ leonem vidit. de
equo descendit: eiusq̃ pedibus prouolut⁹
rogauit vt peteret quicq̃d vellet. Qui pe/
tijt vt ab italia discederet ⁊ captiuos rela/
xaret. Et dum argueretur a suis. q̃ trium/
phator orbis a sacerdote vict⁹ esset respõ/
dit. Prouidi mihi ⁊ vobis. Vidi em̃ a dex/
xtris eius fortissimũ militẽ euaginato gla
dio stantẽ mihiq̃ dicentẽ Nisi huic parue
ris cũ omibus tuis interibis. Cum bea/
tus leo epl'am ad fabianũ ep̃m constan/
tinopolitanũ aduersuȝ euthiciũ ⁊ nestoriũ
scripsisset sup̱ sepulchrũ bti petri ipsaȝ po
suit: et ieiunijs ⁊ oratiõibus insistẽs dixit
Quicq̃d in hac epl'a vt homo erraui tu
cui ecclesie cura cõmissa est corrige ⁊ emẽ/
da Et post dies xl. oranti illi petrus appa
ruit dicens. Legi ⁊ emẽdaui. Accipiẽsq̃
leo epl'am inuenit eam manibus apl'i cor
rectã ⁊ emẽdatã Alias etiã sepulchro btĩ
petri xl. dieb⁹ ieiunijs ⁊ orõibus vacãs leo
astitit. obsecrans vt suorũ sibi petõꝝ veni/
am impetraret Cui petrus apparens di/
xit. Deprecatus sum pro te dñm ⁊ omnia
peccata tua dimisit. Solummodo de ma
nuũ impositione debes inquiri. i. si bene si
ue aliter alicui manus imposueris exigeris
Obijt circa annos dñi CCCCLX.

LXXXIIII

De sancto Petro apostolo.

Petrus trinomius exti
tit. Vocatus est em̃ symon ba/
riona. Symõ interp̾tatur obe/
diens vel ponens tristiciã: bariona filius
columbe Bar lingua: sira filius: iona he/
braice columba. Fuit em̃ obediens quan/
do christus eum vocauit: quia ad vnius
iussionis vocem dño obediuit. ponẽs tri/
sticiam quãdo xp̃m negauit: q̃a egressus
foras fleuit amare: filius columbe: q̄ deo
simplici intentione seruiuit. Scd̃o voca/
tus est cephas qd̃ interp̾tat̾ caput: vel pe/
tra vl' increpãs ore. Caput rõe p̾ncipat⁹:
in prelatione: petra. ratione firmitatis in
passione. increpans ore: ratione constan/
tie in predicatione. Tertio vocatus est pe
trus: quod interpretatur agnoscens siue
discalciãs vl' dissoluens quia xp̃i diuinita
tẽ agnouit cũ dixit Tu es xp̃s fili⁹ dei vi/
ui. Et pedes affectuũ suorum in omi ope/

re mortuo ⁊ terreno discalciauit cū dixit.
Ecce nos reliquimus oīa. ⁊c̄. Et vincu
la pcōꝝ a nobis dissoluit. ⁊ hoc per claues
quas a dño accepit. Habuit aūt triplex
cognomē. Dictus est em̄ symon iohanna
quod interpretatur dñi pulchritudo. Se/
cūdo. symon iohānis qđ interp̄tatur. Cui
donatū est. Tertio. symon bariona: qđ in/
terpretatur filius colūbe Per qđ datur in
telligi ꝙ ip̄e habuit pulchritudinē morū:
donā virtutū: abūdantiā lachrymaꝝ: q̄a
colūba habet gemitū ꝓ cātu. Istud au
tem nomē petrus iesus primo sibi impo/
nendū ꝓmisit. cū dixit Joh. I. Tu voca
beris cephas. qđ interpretatur petrus. Se/
cūdo ꝓmissū imposuit sicut dicitur Marc̄
III. Et imposuit symoni nomē petrus.
Tertio impositū confirmauit cum dixit.
Matthei. XVI. Et ego dico tibi. q̄a tu es
petrus ⁊ sup̱ hāc petrā ⁊c̄. Eius martyri/
um marcellus: linus papa: egesippus: et
leo papa scripserunt. A
Petrus apl'̄s inter ceteros ⁊ su/
pra ceteros apl'̄os maioris fer/
uoris extitit. Nam ⁊ scire dñi ꝓ
ditorē voluit. q: vt dicit Aug⁹
si eū sciuisset. dētibus discerpsisset. Et ob
hoc dñs ꝓditorē suū nōiare nolebat: q̄a vt
ait Chry. si ip̄m nominasset petrus conti
nuo surrexisset. ⁊ ip̄m protinus trucidas/
set. Hic sup̱ mare ad dñm ambulauit
in dñi transfiguratiōe ⁊ puelle suscitatiōe
a dño electus fuit. staterē in ore piscis in/
uenit. claues regni celoꝝ a dño accepit: et
pascendas oues a xp̄o suscepit: tria milia
hoīm in penthecostē sua p̄dicatiōe cōuer/
tit: ananie ⁊ saphire mortē predixit. eneā
paraliticū curauit: corneliū baptizauit. ta
bitam suscitauit: vmbra sui corporis infir
mos sanauit: ab herode incarceratur. sed
ab angelo liberatur. Qualis autē eius ci
bus vel indumentū fuerit. ip̄e hoc in libro
clementis testatur. Panis inquit solus ē
mihi cū oliuis. ⁊ raro cū oleribus in vsu
est. Indumētū aūt hoc est mihi qđ vides
tunica cū pallio: ⁊ hoc habēs nihil aliud
req̄ro. Fertur quoqꝫ q̄a in sinu sp̱ sudari/
um portabat. quo crebro fluentes lachry/
mas tergebat q: qñ dulcis allocutionis ⁊
presentie dñi memor erat. pre nimia amo/
ris dulcedine lachrymas cōtinere nō po/
terat. Qñ etiā culpā negatiōis ad memo
riā reducebat: vberrimas lachrymas emit
tebat. Vñ adeo in cōsuetudīe habuit fle/
re: vt eius facies tota adusta lachrymis vi
deretur. sic̄ dicit clemens. Idē etiā dicit ꝙ
audito in nocte gallicātu ad orōnem sur/
gere cōsueuerat. ⁊ tunc silr̄ vt dr̄ ad fletuꝫ
prorūpere cōsueuit. Refert quoqꝫ clemēs
ſm ꝙ in ecclīastica hystoria inuenitur ꝙ
cū vxor petri ad passionē duceretur. petrus
ingenti gaudio exultauit: ac eā ꝓprio vo/
cans nōie post eā clamauit. O ꝯiunx me/
mēto dñi Quadā vice dū petrus apl'̄s
duos de discipulis suis misisset ad predi/
candū: dū viginti dietas iuissent: vnus il/
lorū defunctus est. Alter ꝟo ad petrū re/
diit ⁊ quod acciderat nunciauit Hic dicitur
fuisse beatus marcialis. vel ſm quosdam
maternus. Alibi legitur ꝙ p̄mus fuit beat⁹
fronto: socius q̄ defunctus est scđs fuit p̄/
sbyter georgi⁹. Tunc petrus suū baculuꝫ
sibi tradidit precipiēs vt ad sociū ꝑgeret
et eum super illū poneret. Quod cum fe/
cisset ille qui iam per. xl. dies iacebat mor
tuus ꝓtinus surrexit viuus. B Eo
tēpore erat in hierusalē quidam magus:
nomine symon. qui se primā veritatem di
cebat: et sibi credentes perpetuos effici as
serebat: ⁊ nulla sibi impossibilia dicebat.
Legitur etiam in libro clemētis ipsum di
xisse. Adorabor vt deus publice diuinis
donabor honoribus: ⁊ quicquid voluero
facere potero. Aliquādo cum mater mea
rachel iuberet me exire ad campū vt me/
terem: ego falcem videns positā: precepi
falci vt p̱ se meteret ⁊ messuit decuplo am/
plius ceteris. Addidit quoqꝫ ⁊ hoc ſm ꝙ
dicit. Hieronimus Ego sum sermo dei:
ego speciosus: ego paraclitus: ego omni/
potens: ego omnia dei. Serpentes quoqꝫ
eneos faciebat se mouere: statuas eneas ⁊
lapideas ridere: ⁊ canes cantare. Hic igi
tur vt linus ait volens disputare cum pe/
tro ⁊ ostendere ꝙ deus esset. statuta die ve
nit petrus ad locum certaminis: ⁊ astan
tibus petrus dixit. Pax vobis fratres qui
veritatē amatis. Cui symō Nos tua pace
op⁹ nō habem⁹. Si em̄ pax sit et ꝯcordia
ad iueniēdā ꝟitatē nihil ꝓficere poterim⁹

Habent enī intra se pacē latrones: ꝓpter
quod noli inuocare pacē sed pugnā. Duo
bus enī dimicātibus tūc erit pax cū alter
fuerit superat⁹. Et petrus. Cur times au
dire pacē Ex peccatis eni bella nascūtur.
vbi aūt peccatū nō fit: pax est. In dispu
tionib⁊ veritas. in operibus iusticia inuenit
Et symon. Nichil dicis sed ego ondā tibi
deitatis mee potētiā vt repēte adores me.
Ego sum pⁱma virtus: ⁊ possum volare p
aera. nouas arbores facere: lapides in pa/
nem mutare: in igne sine lesione durare: ⁊
oīa q̄ volo possum facere. Cōtra hūc igit
symonē petrus disputabat. ⁊ oīa eius ma
leficia detegebat. Tunc symon videns q
petro nō posset resistere: oēs libros sue ma
gice artis ne forte magus pderetur in ma
re proiecit ⁊ romā vt ibi deus habeatur p
rexit. Quod vbi petrus cōperit ipm insi/
quit. ⁊ romā vsq₃ proficiscit. ¶ Quar
to igitur anno claudij imperatoris per⁹
romā applicuit. ⁊ ibi annis XXV. sedit ⁊
duos epos linū ⁊ cletū sibi coadiutores ut
ait iohānes beleth vnū extra muros vrbis
aliū intra ordinauit. Predicationi aūt in/
sistens multos ad fidē cōuertebat ⁊ infir/
mos q₃ plures curabat. Sed ⁊ in p̄dica/
tione sua semp laudās ⁊ p̄ferens castita/
tem quattuor cōcubinas agrippe prefecti
adeo cōuertit q ad prefectū redire vlteri⁹
recusarēt. Unde iratus prefectus adue/
sus petrū occasionē querebat. Post hec
apparuit dñs petro dicēs. Symon ⁊ nero
contra te cogitāt. sed ne timeas quia tecū
sum vt eruā te: et dabo tibi serui mei pau/
li solatiū: qui cras romā ingredietur. Sci/
ens igitur petrus: vt ait linus: quia velox
esset depositio tabernaculi sui in conuētu
fratrū positus manū clementis apprehen
dit. et eum in epm ordinauit: ⁊ i cathedra
loco sui sedere coegit. Post hoc paulus ic
dñs p̄dixerat romā venit ⁊ cū petro xpm
predicare cepit. Symon autē magus in/
tantū a nerone amabatur q vite ei⁹ et sa/
lutis ⁊ totius ciuitatis custos sine dubio
putabatur. Quadā aūt die sicut dicit
leo papa dū ante neronē astaret. eius effi/
gies subito mutabat. ⁊ modo senior: mo/
do adolescentior videbatur. Quod cū vi/
deret nero: verū hunc esse dei filiū estima/
bat. Dixit itaq₃ symon magus neroni: sicut
idem leo refert. Ut scias optime impera/
tor me dei filiū esse iube me decollari ⁊ ter
tia die resurgā. precepit igit nero carnifici
vt eū decollare deberet. Qui cū putaret se
decollare symonē: decollauit arietē. Sy/
mon aūt arte magica illesus euasit ⁊ arie/
tis mēbra colligēs: ea abscondit: ⁊ tribus
diebus se occultauit. Sanguis aūt arietis
ibidē cōgelatus remansit. Die aūt tertio
ostēdit se neroni dicēs. Fac sanguinē meū
qui effusus est extergi: quia ecce ego q de/
collatus fuerā sicut pmisi die tertia resur/
rexi. Quē nero vidēs obstupuit: ⁊ ipm ve
rū dei filiū esse putauit. Hec Leo. Ali/
quādo etiā: cū in conclaui cū nerone esset:
demon in eius specie foris ppl'o loq̄batur:
Deniq₃ romani in tanta veneratōne cum
habuerunt q eidē imaginē fecerūt ⁊ hunc
titulū supscripserūt. Symoni deo sancto
D Petrus autē ⁊ paulus vt leo testa/
tur ad neronē introierunt. ⁊ oīa ei⁹ ma/
leficia detegebāt. Addidit quoq₃ petrus:
q sicut in xpo sunt due substātie. s. dei ⁊ ho
minis sic ⁊ in isto mago sunt due substan
tie: s. homis ⁊ dyaboli. Dixitq₃ symon vt
testatur sanctus marcellus ⁊ leo. Ne diu/
tius hunc paciar inimicū: precipiā ange/
lis meis vt vindicēt me de isto. Cui petr⁹.
angelos tuos nō timeo sed ipi me timent
Nero dixit. Non times symonē qui diui/
nitatē suam rebus affirmat. Cui petrus.
Si diuinitas est in ipso: dicat nunc mihi
quid cogito vel quid facio: quā cogitatio/
nem meā prius auribus tuis insinuo: vt
nō audeat mētiri. Nero dixit. Accede huc
⁊ dic mihi quid cogitas. Petrus autē ac/
cedēs secreto dixit. Jube mihi panē ordea
ceum afferri ⁊ oculte dari. Qui cū allat⁹
fuisset: ⁊ petrus eum bñdixisset ⁊ sub ma/
nica abscondisset dixit. Dicat symon qui
se deū fecit quid sit cogitatū: quid dictum
⁊ quid factū. Respondit symon. Petrus
mag. dicat quid cogitē ego. Dixitq₃ petr⁹
Quid cogitet symon me scire docebo: dū
qd cogitauerit fecero. Tunc symon indi/
gnatus clamauit. Procedant canes ma/
gni ⁊ deuorēt eū Et subito canes maximi
apparuert ⁊ in petrū impetū fecerūt. Ille
p̄o panē benedictū obtulit ⁊ subito ipsos

in fugã ꝯuertit. Tũc dixit ad neronẽ petrus. Ecce oñdi tibi me nosse q̇d contra me cogitauerat symon nõ verbis sed fctis Nã q̇ ꝓmiserat cõtra me angelos venturos exhibuit cães: vt oñdat se diuinos angelos nõ habere sed caninos. Dixitqꝫ symon. Audite petre ⁊ paule: Si hic vobis nihil possum facere: veniemus vbi oportz me vos iudicare. Ego aũt modo vobis parco. Hec Leo. E. Tunc symon vt ait egesippus et linus in superbiã elatus ausus ẽ se iactare ꝙ posset mortuos suscitare. Et accidit vt quidã iuuenis morereť. Vocatis ḡ petro ⁊ symone: hãc oẽs de volũtate symõis sententiã firmauerũt vt ille occideretur q̇ mortuũ suscitare nõ posset. Symon ergo dũ sup mortuũ suas incantationes faceret: visus est a circũstãtibꝫ caput agitare defunctus. Tunc oẽs exclamantes petrũ lapidare volebãt. Petrus aũt vix imperato silẽtio dixit. Si viuit defunctus surgat: ambulet ⁊ loquať: alioq̇n sciatis fantasma esse ꝙ caput mortui commouetur. Seperetur symon a lectulo: vt plene figmẽta diaboli denudẽtur Seperatur igitur symon a lectulo: ⁊ puer imobilis remãsit. Petrus aũt a longe stãs: ⁊ oratione facta exclamauit dicẽs. Adolescens in nõie iesu xpi nazareni crucifixi surge et ambula. Et statim viuus surrexit ⁊ ambulauit. Cum aũt ꝑplus vellet symonem lapidare ait petrus. Satis est illi ad penã ꝙ se in suis artibus agnoscit superatũ. Magister autẽ noster nos docuit: vt pro malis bona reddamus. Dixit aũt symõ. Scitote vos petre ⁊ paule: nõ vobis continget qđ cupitis vt martyrio vos digner coronare. Qui dixerũt. Adueniat nobis qđ cupimus: tibi aũt nũqꝫ bene sit quia quecũqꝫ loqueris mẽtiris. Tũc symon vt ait sanctus marcellus iuit ad domũ marcelli discipuli eius: ligauitqꝫ maximũ canez ad hostiũ domus eius dicẽs. Nũc videbo si petrus qui ad te venire cõsueuit ingredi poterit. Post paululũ venit petrus ⁊ fctõ signo crucis canẽ soluit. Canis aũt oĩbus alijs blandus solũ symonem perseq̄batur Qui apprehẽdẽs eũ ad terram subtus se deiecit. ⁊ eũ strãgulare volebat: accurrens ãt petrꝰ: cani clamauit ne ei noceret. Et canis quidẽ corpus eius nõ lesit. sed vestes adeo lacerauit vt ille nudus positus remaneret. Populus aũt ⁊ maxime pueri cum cane tam diu post eũ cucurrerũt donec illum quasi lupũ de ciuitate ꝯfugarẽt. Cuiꝰ opprobrij pudorẽ nõ ferens ꝑ annuz nusqꝫ cõparuit. Marcellus autẽ hec miracula vidẽs deinceps petro adhesit. Postea autem symon rediẽs iterũ in neronis amiciciã est receptus. Symon igiť vt refert leo ꝑplm cõuocauit. ⁊ se a galileis grauiter offensum ꝓhibuit: ⁊ ideo vrbem quaz tueri solebat. se deserere velle dixit ⁊ diẽ statuere qua in celũ deberet ascẽdere: quia non dignabatur in terris amplius habitare. Statuto igitur die turrim excelsaz vl'ꝫm linũ capitoliũ conscendit. ⁊ inde se deijciens coronatus lauro volare cepit. Dixit autẽ paulus ad petrũ. Meũ est orare: et tuũ est imperare. Dixitqꝫ nero. Verax est hic homo vos autẽ seductores estis. Petrus aũt dixit ad paulum. Paule erige caput ⁊ vide. Cũqꝫ eleuasset caput ⁊ vidisset symonẽ volantẽ dixit ad petrũ. Petre q̇d cessas: perfice qđ cepisti iam eñ vocat nos dñs. Tunc petrus dixit. Adiuro vos angeli sathane q̇ eum in aera fertis per dñm nostrũ iesum xpm vt ipm amplius nõ feratis. sed corruere dimittatis. Et cõtinuo dimissus corruit: ⁊ confractis ceruicibus: expirauit. Audiens hoc nero talẽ virũ se perdidisse doluit: dixitqꝫ a ptis. Suspecto animo me fecistis: ꝓpterea malo exemplo vos perdã. Hec Leo. Deditqꝫ eos i manibus paulini viri clarissimi: ⁊ paulinus tradidit eos in custodia mamertini sb cura militum processi ⁊ martiniani. Quos milites petrus ad fidẽ ꝯuertit. Unde carcerẽ aperuerũt ⁊ eos liberos dimiserunt Qua propť paulinꝰ post passionẽ aplõꝝ ꝓcessum ⁊ martinianũ accersiuit. Et comperto ꝙ xpiani essent: iussu neronis capite cesi sunt. Rogabant ḡ fratres petrũ: vt inde discederet. Et cũ discedere nollet. tãdem victus ꝓcibus abscessit. Et cũ venisset ad portã vt leo ⁊ linus testãtur: ad locũ vbi nũc diciť sctã maria ad passus: vidit xpm sibi occurrẽtẽ. ⁊ ait Dñe quo vadis. Qui rñdit. Venio romã iteꝝ crucifigi. Cui petrus Dñe iteꝝ crucifigeris. Cui dñs. Eti

am. Petrus ꝓ̄o ait. Ergo dñe reuertar: vt tecū crucifigar. His dictis dñs vidēte petro ꝛ lachrymāte in celū ascendit. Quod cū de sua passione dictū intelligeret rediit Cūq; hoc fratribus retulisset: a ministris neronis capitur. ꝛ pfecto agrippe pñtatur Factaq; est eius facies sicut sol. vt ait linus Cui dixit. Tu ne es ille q̄ in plebib9 ꝛ mulierculis quas a thoro viroꝝ separas gloriaris. Quē aplus increpās dicebat se in cruce dñi gl'iari. Tunc petrus tāq; alienigēa iussus ē crucifigi. paulus ꝓ̄o q2 ciuis erat romanus iussus est capite trūcari.

F De hac aūt sententia in ipos data dicit dyonisius i ep'la ad thimotheū de morte pauli i hec ꝟba O frater mi thimothee si vidisses agones consūmatiōis ipoꝝ defecisses quidē pre tristitia ꝛ dolore. Quis nō fleret illa hora quādo preceptū sentētie egressum in eos est. vt petrus scȝ crucifigeretur: ꝛ paulus decollaret. Vidisses tunc turbas gentiliū ꝛ iudeoꝝ pcutiētes eos et expuētes in facies eoꝝ. Adueniēte aūt terribili tpe cōsummatiōis ipoꝝ cū separarentur ab inuicē: ligauerūt columnas mūdi: nō vtiq; absq; fratrū gemitu ꝛ planctu Tunc inquit paulus petro. Pax tecū fundamentū eccl'iaꝝ ꝛ pastor ouiū et agnoꝝ xpi. Petrus autē ad paulū ait. Vade in pace predicator bonorū morū: mediator ꝛ dux salutis iustoꝝ. Cū aūt elōgassent eos ab inuicē: secutus sum magistrū meū: nō eīm in eodē vico occiderūt eos. Hec Dyonisius Petrus aūt vt leo ꝛ marcellus testatur: Dum venisset ad crucē ait. Quoniā deus meus de celo ad terrā descendit recta cruce sublimatus est. Me autē quē de terra ad celum vocare dignatur. crux mea caput meū in terra debet ostendere: ꝛ pedes ad celum dirigere. Ego q̄ nō sum dignus ita in cruce esse vt dñs meus: crucem meā girate ꝛ capite demisso me crucifigite. Tunc illi crucem verterūt ꝛ pedes sursum: manus autem deorsum fixerunt. Tunc pplus furore repletus volebat neronē ꝛ prefectū occidere: ꝛ apl'm liberare. Qui eos rogauit ne passionē suā impedire deberent. Dñs autē vt ait egesipus et linus aperuit oculos eoꝝ qui ibi flebant ꝛ viderunt angelos stantes cū coronis de florib9 rosaꝝ ꝛ lilioꝝ: et petrū i cruce stātē cū eis: ꝛ librū a xp̄o accipientē. ꝛ ea verba que loq̄batur ibi legentē Tunc petrus vt testatur idē egesippus de cruce dicere cepit. Te dñe imitari optaui: sed rectus crucifigi nō vsurpaui. Tu semper rectus excelsus ꝛ altus. Nos primi hōis filii qui caput suū dimersit in terrā: cuius lapsum significat species generationis humane: sic eīm nascimur vt proni in terrā videamur effundi. Murata quoq; cōditio est vt hō putat mūdus dextrū quod constat esse sinistrū. Tu dñe mihi omīa es: totū quod es tu michi totū: ꝛ nihil aliud nisi tu solus Gratias tibi ago spū toto quo viuo: quo intelligo: quo interpello. Ubi due alie rationes tangūtur: quare rectus noluit crucifigi. Uidensq; petrus q̄ fideles gloriaȝ suam vidissent: gratias agens ꝛ deo fideles cōmendans spiritū emisit. Tunc marcellus ꝛ apuleus fratres discipuli eius de cruce eum deposuerunt: ꝛ diuersis condientes aromatibus sepelierunt. Isidorus in libro de ortu ꝛ obitu sanctorum sic ait. Petrus postq; anthiocenā fundauit ecclesiā sub claudio cesare contra symonē magū romā pergit. ibiq; predicans euangelium: vigintiquinq; annis eiusdem vrbis pontificatum tenuit. Tricesimosexto aūt anno a passiōe dñi. a nerone deorsum vt ipse voluit crucifixus est. Hec Isidor9

In ipsa autē die petrus ꝛ paulus dyonisio apparuerunt sm q̄d ipse ait in predicta ep'la in hec verba. Attende miraculū: vide prodigiū frater mi thimothee diei victimationis ipsorum. Nam presto fui in tempore separationis ipsorū. Post mortē autem illorum vidi eos inuiceȝ manu ad manum intrantes portas vrbis. ꝛ indutos vestes luminositatis vel veste lumis: et coronis claritat3 et lucis ornatos. Hec Dyonisius G Nero autem impunitus non extitit. sed pro hoc scelere ꝛ aliis que commisit manu propria se peremit. Quorum scelerum hic aliqua breuiter inferamus. Cum seneca magister suus: vt in quadā hystoria licet apocrifa legit' ꝯdignā mercedē laboꝝ sui spectaret iussit

nero ipsum eligere in cuius arboris ra
mo suspēdiū affectaret. dicens ꝙ hoc pre/
miū laboris sui ab eo receptur⁹ esset. Cū
autē seneca reqreret vnde hoc mortis sup
pliciū meruisset acutum gladiū sup eius
verticē crebro vibrari fecit. Seneca autē
nutu capitis mināti gladio cedebat: vehe
mēter timens periclitari mortis periculo.
Cui nero ait. Magister vt quid nutu ca
pitis mināti gladio cedis. Cui seneca re/
spondit. Homo sum ⁊ ideo mortē vereor:
⁊ inuitus morior. Cui nero ait. Sic ego
adhuc te metuo vt puer metuere consue/
ui Quare te viuente quiete nō potero vi/
uere. Dixitq̄ꝫ seneca. Si me mori necesse
est: saltem mihi concede vt quod voluero
eligam genus mortis. Cui nero. Festinus
eligas tantū mori ne differas. Tunc sene
ca balneo in aqua facto in vtroq̄ꝫ brachio
sibi minui fecit. ⁊ sic nimio sanguinis flu/
xu ibidem vitam finiuit. ⁊ sic quodā pre/
sagio seneca nomē habuit quasi se necās.
quia qōdāmodo licet coactus manu ꝓpria
se necauit. Hic seneca duos fratres ha
buisse legitur. Unus fuit iulius gallio de
clamator egregius qui manu ꝓpria se per
emit: alius mela pater lucani poete. Qui
lucanus iussu neronis incisione venarum
obisse legit᷑. Rursus nero nepharia mē/
tis vesania ductus vt in eadem hystoria
apocrifica reperitur matrē occidi ⁊ scindi
iussit. vt videret qualiter in eius vtero fo/
uebatur. Phisici ꝓ eum de matris ꝑdi/
tione arguentes dicebant. Jura negant ⁊
phas prohibet vt filius matrē necet. que
ipm cum tanto dolore peperit: ⁊ cū tanto
labore ⁊ solicitudine enutriuit. Quib⁹ ne
ro. Faciatis me puero impḡnari ⁊ postea
pere: vt q̄tus dolor matri mee fuerit pos/
sim scire. Hanc insuper voluntatē pariē
di conceperat: eo ꝙ per vrbem transiens
quādam mulierē parientē vociferantem
audierat. Dicunt ei. Non est possibile qd
nature contrariū est. nec ē scibile quod ra
tioni non est consentaneū. Dixit ergo eis
nero. Nisi me feceritis impregnari ⁊ pare
re: oēs vos faciā crudeli morte interire.
Tunc illi eū impotionantes ranā sibi oc/
culte ad bibendū dederunt. ⁊ eam artifi/
cio suo in eius vētre excrescere fecerūt Et

subito venter eius nat[illegible] cō[illegible]aria nō su/
stinens intumuit ita vt nero se puero gra
ui dum estimaret. Faciebantq̄ꝫ sibi serua/
re dietā qualem nutriende rane nouerant
couuenire: dicentes ꝙ propter conceptum
talia eum obseruare oporteret. Tandem
nimio dolore vexatus medicis ait. Acce/
lerate tempus partus quia languore pa/
riendi vix anhelitū habeo respirādi. Tūc
ipm ad vomitū impotionauerūt: ⁊ ranā vi
su terribilem humoribus infectam ⁊ san/
guine edidit cruentatā. Respiciensq̄ꝫ nero
partum suum ipm abhorruit: ⁊ miraba/
tur adeo monstruosuꝫ Dixerūt autē ꝙ tā
mōstruosū ⁊ deformē fetū ꝓtulerit ex eo ꝙ
tp̄s part⁹ noluerit expectare. Et ait. Fui
ne talis de mr̄is egressus latibul'. Et illi
Etiā. Precepit ergo vt fetus suus aleretur
⁊ testudini lapidū seruādus includeretur
Hec autē in cronicis nō leguntur sꝫ apo/
crifa sunt Deinde miratus q̄lis ⁊ q̄ta
fuerit succensio troie: romā per septē dies ⁊
noctes succendi fecit. Quod ex altissima
turri prospectās: letatusq̄ꝫ flāme pulchri/
tudine turgido habitu helyadā decanta/
bat. Hic sicut habetur in cronicis rethi/
bus aureis piscabatur cantibus intende
bat. ita vt oēs citharistas ⁊ tragedos su
peraret. Uirum in vxorē duxit. ipe a viro
vt vxor acceptus ē. vt ait orosius Roma/
ni ꝓ eius vesaniā vlterius nō ferentes i
eum impetū fecerunt. ⁊ vsq̄ꝫ extra ciuitatē
persecuti sunt. Qui videns ꝙ euadere nō
posset: fustē dentium morsibus exacuit. ⁊
se per mediū palo trāsfixit: ⁊ tali morte vi
tam finiuit. Alibi tn̄ legitur ꝙ a lupis de/
uoratus sit. Redeuntes igitur romani ra
nam in testitudine latitantē inuenerūt: et
ipam extra ciuitatē proijcientes cōbusse/
runt. Unde ⁊ pars illa ciuitatis vt aliqui
dicunt vbi lauerat rana lateranis a la/
tente rana nomen accepit. H Tem/
pore sancti cornelij pape greci fideles apo
stolorū corpora furati eadem asportabāt
Sed demones in idolis habitātes diui/
na coacti virtute clamabant. Uiri roma/
ni succurrite q2 dij vestri auferūtur. Qua
propter fidelibus intelligētibus de aplis:
gentilibus ꝓ de suis dijs mltitudo adu/
nata fideliū ⁊ infideliū illos persequitur,

B[illegible] greci timentes: apud cathacūbas aploꝝ corpa i puteū proiecerīt. ſꝫ a fidelibꝫ inde poſtmodū ſunt extracta. Greg⁹ tñ in regiſtro dicit. ꝙ tanta eos vis tonitrui atꝗ fulguris terruit ac diſperſit. vt ea apud cathacūbas dimitterēt. Sꝫ cū dubitarent q̄ oſſa eſſent beati petri ⁊ q̄ beati pauli orantibus fidelibꝫ ⁊ ieiunijs inſiſtentibꝫ de celo eis rñſum eſt. Maiora oſſa ſunt p̄dicatoris. minora vero piſcatoris. Et ſic oſſa ab inuicē ſeparauerīt. ⁊ in ſuis eccleſijs quas cuilibet edificauerāt poſuerīt. Alij vero dicunt ꝙ ſilueſter papa volēs ecc̄ias ꝯſecrare tā magna q̄ꝫ parua oſſa in lance ſūma reuerētia ponderauit. ⁊ medietatē in vna ecc̄ia ⁊ medietatē in alia collocauit. Refert greg⁹ in dialogo ꝙ in ecc̄ia ſancti petri vbi corpus eius requieſcit. vir quidā erat agontius noīe magne humilitatis ⁊ ſanctitatis exiſtens. Cum vero quedā puella paralitica i eius ecc̄ia ꝑmanēs manibꝫ reperet. ⁊ diſſolutis renibꝫ ⁊ pedibꝫ corpus ꝑ terrā traheret diuꝗ a beato petro ſanitatē peteret. ei ꝑ viſionē aſtitit dicēs. Uade ad agontiū manſionariū. ⁊ ipē te ſaluti reſtituet. Cepit igiꝛ illa ꝑ ecc̄ie loca ſe huc atꝗ illuc trahere. ⁊ q̇s eſſet agonti⁹ inueſtigare Cui repēte obuiā ipē factus eſt quē querebat. eiꝗ dixit Paſtor ⁊ nutritor noſter beatus petrus apl's ad te me miſit vt ab infirmitate mea me liberes. Cui ille rñdit. Si ab ipo miſſa es ſurge. a ꝑꝑrehēſaꝗ ei⁹ māū ipam leuauit. Illaꝗ nullo languoꝝ veſtigio remanēte plene ſanata fuit. In eodē q̊ꝫ libro ait greg⁹. ꝙ galla vrbis rome nobiliſſima puella. ſymachi cōſul' ac patricij filia marito tradita. in vnius anni ſpacio eius eſt morte viduata. Quā dum ad iterādū thalamū etas ⁊ opes vocarēt. elegit magis ſpūalibꝫ nuptijs copulari deo in quibꝫ a luctu incipiꝛ. ſꝫ ad eterna gaudia ꝑueniꝛ. q̄ꝫ carnalibꝫ nuptijs ſubijci q̄ a leticia ſemper incipiūt. ⁊ ad finē cū luctu tendūt. huic aūt cū valde ignea ꝯſperſio corꝑis ineſſet. ceperīt medici dicere. qꝛ niſi ad amplex⁹ viri rediret. calore nimio ꝯtra naturā barbā habitura eſſet. Qđ ita poſt factū eſt. Sed illa nihil exterius deformitatis timuit que interiorē ſpeciē amauit. Nec verita eſt ſi h̄ in ea fedareꝛ qđ a celeſti ſponſo nō amaretur. Abiecto igiꝛ ſeculari habitu. apud eccleſiā ſancti petri monaſterio ſe dedit. ibiꝗ multis annis i ſimplicitate orōnibꝫ ⁊ elemoſynis deo ſeruiuit Tandē cancri vlcere in māmilla percuſſa. dū an̄ eius lectū duo candelabra ſꝑ lucerēt. qꝛ velut amica lucis ñ ſolū ſpūales ſꝫ etiā corporales tenebras odio habebat. vidit beatū petrū apl'm inꝛ ipa duo candelabra an̄ eius lectū ꝯſtitiſſe. Que ex amore ſumēs audaciā exultauit ⁊ dixit. Quid ē dñe meus. Dimiſſa ſunt mihi pctā mea. Cui ille benigniſſimo vultu īclinato capite annuit dicēs: Dimiſſa. Ueni. Et illa. Rogo vt ſoror bñdicta veniat mecū. Et ille. Nō: ſꝫ talis veniat tecū. qđ illa abbatiſſe indicāſ die tertia cū illa defuncta ē. In eodē inſuꝑ libro greg⁹ ait ꝙ dū p̄ſbyter quidā magne ſcitatis ad extrema deduct⁹ eſſet. cum magna leticia clamare cepit dicēs: Beneueniūt dñi mei. beneueniūt domini mei. q̇d ad tantillum ſeruū veſtrū dignati eſtis venire. Uenio. venio. gratias ago. grās ago. Cunꝗ q̇ aſtabāt quibꝫ hec diceret inꝛrogarēt. ille admirādo rñdit Nunq̇d ꝯueniſſe h̄ ſcōs apl'os petrū ⁊ paulū nō videtis. Cū vero iteꝝ vt prius repeteret. ſcā illa aīa e carne ſoluta ē. Dubitaꝛ aūt ab aliquibꝫ vtrū eadē die petrus ⁊ paulus paſſi ſint Dixerīt aūt quidā ꝙ eadē die reuoluto anno. Sꝫ hiero. ⁊ oēs fere ſcti q̇ de h̄ tractāt in hoc ꝯcordāt ꝙ eodē die ⁊ āno paſſi ſt̄. ſic māifeſte hēꝛ ex epl'a dionyſij. ⁊ ſic dicit leo vel maxim⁹ ꝓm quoſdā in quodā ſermōe. vbi ſic ait: Nō ei ſine cā factū putam⁹ ꝙ vna die in vno loco. vni⁹ tyrāni tolerauere ſnīam. In vno die paſſi ſt̄ vt ad xp̄m pꝛiter ꝑuenirēt. vno loco ne alteri roma deeſſet. ſb̄ vno ꝑſecutore. vt equal' crudelitas vtrūꝗ ꝯſtringeret. Dies ḡ pro merito. locus āt ꝓ gl'ia. ꝑſecutor aūt idē decretus ē ꝓ virtute. Hec Leo. Licet aūt eadē die ⁊ hora paſſi ſint nō tñ eodē loco: ſꝫ ī diuerſis. Et qđ dic̄ leo ꝙ eodē loco paſſi ſt̄. h̄ dicit ex eo ꝙ ambo rome paſſi fuerīt. De h̄ quidā ſic ꝟſibꝫ dixit Enſe coronaꝛ paul⁹ cruce petrus eodē. Sub duce luce loco. dux nero roma loc⁹. Itē ali⁹. Enſe ſacrat paulū par lux. dux vrbs. cruce petrū. Licet aūt eadē die paſſi fuerit. ordinauit tñ greg⁹ vt ipa die ſpeciali⁹ fieret q̇ ad officiū ſolēnitas

petri. ꝛ i seq̄nti die ꝯmemoratio pauli. Tū
qꝛ ea die fuit dedicata eccīa scti petri: tum
qꝛ maior ē dignitate. tū qꝛ prior ꝯuersiōe.
tum qꝛ primatū tenuit rome.

LXXXV

De sancto Paulo apostolo.

Aulus interpretatur
os tube. vel os eoꝝ. seu electū
mirabile. vel electōis miracu
lū. Uel paulus a pausa qđ ē
requies hebraice. ꝛ modic⁹ latine. Per hec
intelliguntᷣ sex prerogatiue q̄s habuit pau
lus p̄ ceteris. Primū est lingua fructuosa.
qꝛ ab ilirico vsqꝫ ad hierl'm p̄dicauit euan
geliū. ꝛ iō dī os tube. Scđm caritas viscero
sa. qꝛ q̄s infirmatᷣ ꝛ ego nō infirmor ꝛc̄. ꝛ iñ
dī os eoꝝ. os. s. cordis. đ quo ip̄e dicit. Os
nostrum patet ad vos o corinthi. Cor no/
strum dilatatū est. Tertium est conuersio
miraculosa ꝛ inde dī electū mirabile. quia
mirabiliter electus ꝛ ꝯuersus fuit. Quar/
tū est manus operosa. ꝛ inde dī electōis mi
raculū. Magnū em̄ miraculū fuit qñ ele/
git sibi ꝓprijs manib⁹ sumptus acquirere
ꝛ incessanter predicare. Quintū fuit ꝯtem
platio deliciosa. qꝛ rapt⁹ ē vsqꝫ i tertiū celū
ꝛ inde fuit dñi requies. qꝛ in ꝯtemplatiōe
exigitᷣ requies mentis. Sextū est humili/
tas virtuosa. ꝛ inde dī modicus. De hoc
aūt noīe paul⁹ tres sunt opīoes. Origenes
vult ꝙ semper fuerit binomius. ꝛ vocatus
sit sꝫ saulus ꝛ paul⁹. Raban⁹ vero vult ꝙ
ante dictus est saulus a saule rege superbo
sꝫ post ꝯuersionē vocat⁹ ē paulus q̄si puu/
lus a modico ꝛ humili spū. Unde ꝛ nomē
suū interpretando dicebat. Ego sum mini
mus apostoloꝝ. ꝛc̄. Beda aūt vult ꝙ dict⁹
est paulus a sergio paulo procōsule quē ad
fidem ꝯuertit. Passionē sancti pauli linus
papa conscripsit.

Aulus apostolus post sui ꝯuersio
nē multas persecutiōes passus est.
Quas beatus hylarius breuiter e
numerat dicēs: Paulus ap̄ls in philippis
virgis ceditur. in carcere ponitᷣ. ꝛ ligno pe/
dib⁹ affigitᷣ. in listris lapidatur. in iconia ꝛ
thessalonica ab iniquis persequitᷣ. in ephe
so feris datur: in damasco per sportā e mu/
ro deponitᷣ. in hierl'm sistitᷣ. cedit. ligatᷣ. insi
diatᷣ. i cesarea clauditᷣ. [illegible] Nauigās
in italiā periculo dirigitur. Romā veniēs
sb nerone iudicatᷣ ꝛ occisus finitᷣ. Hec hyla.
Apostolatū inter gentes accepit. Quendā
ꝯtractuꝫ in listris erexit. Iuuenē q̄ de fene/
stra ceciderat ꝛ expirauerat suscitauit ꝛ mul
ta alia miracula fecit. Apud mitilenē insu
lam vipera manū eius inuasit. sed nihil eū
lesit. quin potius in ignē ip̄am excussit. Di
q̄ꝫ ꝙ om̄es q̄ de progenie illius hominis q̄
paulū hospicio suscepit nascūtᷣ a venenosis
nullatenus leduntᷣ. Unde cum pueri nati
sunt. in cunis eoꝝ patres serpentes ponūt
vt probent si veri eoꝝ filij sint. Inuenitᷣ
aūt aliquādo paul⁹ ꝙ est minor petro q̄nqꝫ
maior. q̄nqꝫ equalis. Sꝫ reuera minor di/
gnitate. maior p̄dicatiōe. equalis scītate.
Refert haymo ꝙ paul⁹ a pulloꝝ cātu vsqꝫ
ad q̄ntā horā labori manuū isisbebat. dein
predicatiōi vacabat. ita ꝙ plerūqꝫ vsqꝫ ad
noctē sermonē protrahebat. Residuū vero
tp̄is comestioni somno oratōi satis necessa
riū erat. Dum vero venisset romā cū nero
nōdum esset in imperio ꝯfirmat⁹. ꝛ etiā au
diens ꝙ de lege iudeoꝝ ꝛ fide xp̄ianoꝝ in/
ter paulū ꝛ iudeos questio vertebatur. nō
multū inde curauit. ꝛ sic paulus quo vole
bat libere ibat ꝛ libere predicabat. Hiero
nymus q̄ꝫ in libro de viris illustrib⁹ ait. ꝙ
vicesimoquinto anno a passiōe dñi hoc est
neronis scđo. paulus romā vinctus mittitᷣ
ꝛ p bienniū in libera manēs custodia ad/
uersus iudeos disputauit. Deinde a nero/
ne dimissus euangeliū in occidētis partib⁹
p̄dicauit. Decioq̄rto vero neronis āno eođ
āno ꝛ die quo crucifix⁹ est petr⁹. capite trū/
catur. Hec Hieronymus. Eius aūt sa
pientia ꝛ religio vbiqꝫ diuulgabatur. ꝛ ab
om̄ib⁹ admirabilis habebatur. Multos
etiā de domo cesaris sibi in amiciciā copu
lauit. ꝛ eos ad xp̄i fidē ꝯuertit. Quedam
etiā scripta eius. coraꝫ cesare recitata sunt.
ꝛ ab om̄ibus mirabiliter cōmendata. Se
natus etiā de illo alta non mediocriter sen
tiebat. Quadā vero die dum paulus cir
ca vesperas in quodam solario predicaret
quidā iuuenis nomine patroclus pincer/
na neronis ꝛ sibi admodū dilectus vt pau
lum ꝓpter multitudinē cōmodius audiret
fenestrā ascendit ꝛ paululū ibi dormitan/

[…]cidens expirauit. Quod audiens ne
ro plurimū de eius morte doluit, ⁊ statim
aliū in eius officiū ordinauit. Paulus ve/
ro per spiritū hoc cognoscens dixit astanti
bus vt illuc irent ⁊ patroclū cesaris carissi
mū ad se defunctū afferrent. Quē allatū
paulus suscitauit. ⁊ ad cesarē cum socijs
suis misit. Qui cum de morte eius lamen/
taretur ecce patroclus viuens adesse prefo
ribus nunciatur. Audiens nero patroclū
viuū quem paulo ante nouerat mortuum
plurimū quidem expauit. ⁊ eum ad se in/
gredi recusauit Sed tandē persuasu ami
corum introire permisit Cui nero ait. Pa
trocle viuis. Et ille. Cesar viuo. Et nero.
Quis te fecit viuere. Cui ille. Dominꝰ ie/
sus christus rex omniū seculoꝝ. Iratus ne
ro dixit. Ergo ille regnabit in secula. ⁊ re/
soluet oīa regna mundi. Cui patroclus
Etiā cesar. Tunc nero dedit ei alapam di
cens. Ergo militas illi regi. Et ille. Utiqꝫ
milito. quia me a mortuis excitauit. Tūc
quinqꝫ ministri imperatoris qui ei iugiter
assistebāt. dixerunt ei: Cur imperator per/
cutis iuuenem prudentē ⁊ veraciter respō
dentem. Nam ⁊ nos illi regi inuictissimo
militamus. Quod audiens nero eos re/
clusit incarcerē vt eos nimiū torqueret q̊s
ante nimis dilexerat. Tunc oēs christia
nos fec̄ inquiri: ⁊ oēs sine interrogatiōe
per tormenta varia puniri. B Tunc
paulus vinctus inter ceteros ante neronē
ductus est. Cui nero. O homo magni re/
gis seruus mihi aūt vinctus. cur milites
meos mihi subtrahis ⁊ tibi recolligis Cui
paulꝰ. n̄ solū de tuo angulo milites collegi.
sꝫ etiā de orbe vniuerso quibꝫ rex noster do
na talia que nunqꝫ deficient ⁊ que omnē
excludent indigentiā largiet̄. Huic si sub/
iectus esse volueris saluus eris. Qui tante
extat potentie vt iudex oim veniat ⁊ mun
di huius figurā per ignem resoluat. Hoc
audiens nero ⁊ ira succensus. quia figurā
mundi per ignē paulus dixerat dissoluen/
dam. oēs milites christi igne iussit crema
ri. paulū vero tanqꝫ maiestatis reū capite
truncari. Tanta aūt christianorū tunc oc
cisa est turba. vt populus romanus pala/
tium virtute irrumperet. ⁊ seditionē ꝯtra
eum excitare moliens proclamaret. Pone

modū cesar tempora occisionē vel iussionē
nostrates sunt quos perdis romanum tu/
entur imperiū. Timens imperator muta/
uit edictum. vt nullus christianos tange/
ret donec impator d̄ eis plenꝰ iudicaret. q̄
propter paulus iterū est reductus ⁊ aspe/
ctui neronis oblatꝰ. Quē vt nero vidit ve
hemētissime exclamauit. Tollite maleficū.
decollate impostorē. nec sinite viuere crimi
natorem, perdite sensuū alienatorē. aufer/
te de superficie terre mentium imutatorē.
Ad quem paulus ait. Nero tempore mo/
dico patiar. sed viuam eternaliter domino
iesu christo. Nero dixit. Auferte ab eo ca/
put vt me rege suo fortiorē intelligat qui
eum deuici. ⁊ videamus si semper viuere
valeat. Cui paulus Ut scias me post mor
tem corporis eternaliter viuere cum mihi
caput abscisuꝫ fuerit. viuus tibi apparebo
⁊ tunc cognoscere poteris quia christus est
deus vite ⁊ non mortis. Et his dictis ad
locum supplicij ducitur. Qui cum ducere/
tur. dixer̄t ei tres milites qui eū ducebant.
Dic nobis paule quis ē ille rex vester quē
tantū diligitis. ꝙ pro eo magis mori qꝫ vi
uere eligitis ⁊ qualem inde mercedem ha/
naria promitterẽtur dixit. Deus noster vt
nouit remunerare merita ita nouit puni/
re peccata Vitam quã xpo soluturi umꝰ
ex debito soluamus ex toto. Sera penitu
do est sub iudicis timuisse cõspectu Mu
nera vestra fucata. mellis permixta dulce
dine male credulis mentibus venena par
turiunt. Cupiditas vestra omia habẽdo
nil possidet. quia diabolicis artibus obli/
gata miseri lucri detinetur cõpedibus: et
gaudia vestra in similitudinẽ vitri cũ ce/
perint splendere franguntur. Tũc iudex
ira repletus data sentẽtia precepit simphorianus occideretur Qui cũ ad locum
duceretur: mater eius de muro exclamãs
ait. Nate nate memento eterne vite Sur
sum respice: et regnantem in celo intuere.
Tibi vita non tollitur: sed in melius cõ/
mutatur. Mox igitur decollatus est z a
xpianis corpus eius sublatuz: honorifice
est sepultũ. Ad cuius sepulchrũ tanta fie
bant miracula. vt etiã a paganis in hono
re maximo haberetur. Refert gregoriꝰ
turonensis q de loco vbi sanguis eius ef
fusus est quidã xpianus tres lapillos san
guine respersos sustulit. z in capsa argen/
tea tabulis ligneis circumsepta locauit.
Quã cũ in quodã castro locasset. z totũ ca
strũ incẽdiũ ↄsumpsisset. de medio ignis
predicta capsa sana z integra est educta.
Passus est circa annos dñi. CCLXX.

CXVIII
De sancto Bartholomeo.

Bartholomeus iter/
pretatur filius suspẽdẽtis me vel filiꝰ
suspẽdẽtis aqs. Dr̃ enim a bar qd ẽ filius z
tholos quod ẽ summitas. z moys qd est
aqua inde bartholomeus. i. filius suspen/
dentis aquas. i. dei qui mẽtes doctorum sur/
sum eleuat vt aquas doctrinarum inferius
fundant z est nomẽ sirum z nõ hebreum.
Per primũ p̃o notatur triplex suspendiũ
qd ipse habuit. Fuit enim suspensus. i. eleua
tus ab amore mũdi. vel suspensus. i. intẽ/
tus amore celesti. vel suspensus id est inni/
xus gratie z auxilio dei. vt nõ a suis meri/
tis sed a dei adiutorio tota vita sua depẽ/
deat. Per scdm p̃o. pfunditas sue sapiẽtie
De cuius sapientie pfunditate dicit dio/
nisius in mistica theologia. Diuinus bar
tholomeus dicit z multã theologiam esse
z minimã z euãgeliũ latũ z magnũ: z rur
sus cõcisum. Et vult ostẽdere bartholo/
meus sm intentionẽ dionisii q vna consi/
deratiõe possunt oĩa affirmari de deo alia
ↄsideratiõe magis pprie negari.

Bartholomeꝰ aplus veniẽs ad
indiam que est in fine orbis tẽ/
plum in quo erat ydolũ nomie
astaroth intrauit. z q̃si pegrinus ibidem
manere cepit. In hoc ydolo qdam demon
habitabat qui se languentes curare dice/
bat. sed nõ sanando subueniebat. sed a lesi
one cessando. Sed cũ templũ languẽtibꝰ
plenũ esset. z qtidie sacrificãtibꝰ pro in fir/
mis etiã ex longinqs regionibꝰ adductis
nullũ ab ydolo respõsum habere possent.
ad aliam ciuitatẽ preexerũt. vbi aliud ydo/
lum noie berith colebatur. Et interrogãtibꝰ
cur sibi astaroth respõsum nõ daret respõ
dit berith. Deꝰ vester cathenis igneis cõ/
strictus est nec respirare nec loq audet ex
illa hora qua aplus dei bartholomeus in
gressus est. Dicũt illi. Et qs est iste bartho
lomeꝰ. Et demon. Amicus est dei omipo
tentis. z ideo venit in istam puinciaz vt oẽs
deos inde euacuet. Et illi. Dic nobis si/
gna eius vt eũ inuenire possimus. Quibus
demõ ait. Capilli eius crispi z nigri: caro
candida. oculi grandes. nares equales et
directe. barba plixa habẽs paucos canos
statura eqlis. collobio albo clauato. pur/
purea vestitur. Induitur pallio albo. qd p
singulos angulos gẽmas habet purpure/
as. Viginti sex anni sunt ex quo vestes et
sandalia eiꝰ nec veterascũt nec sordidant

Centies flexis genibus p die orat & centies p nocte̅ Angeli dei cu̅ eo ambulant q̄ nu̅q̄ eu̅ fatigari nec esurire pmittu̅t. Semper eodez vultu & animo. letus et hilaris pseuerat. Omia puidet. omia nouit Omniu̅ gentiu̅ linguas nouit & intelligit. Et qd̄ vobiscu̅ loquor ipe iam nouit. Et qua̅do queritis eu̅ si vult ostendet se vobis. si au̅t no̅ vult. eu̅ no̅ poteritis inuenire. Rogo au̅t vos vt cu̅ eum inueneritis rogetis eum ne huc veniat. ne angeli sui hoc mihi faciant qd̄ socio meo iam fecerunt. Cu̅ igitur per duos dies solicite quere̅tes euz minime inuenissent quada̅ die quida̅ demoniacus exclamauit dicens. Aple dei bartholomee incendunt me orato̅nes tue. Cui aplus. Obmutesce & exi foras ab eo Et statim est liberatus. Quod audiens rex regionis illius polemius no̅ie cu̅ haberet filia̅ lunatica̅. misit ad aplm roga̅s vt ad se veniret. & filia̅ suam sanaret. Ad que̅ cu̅ aplus venisset. & eam cathenis ligatam videret. quia accedentes morsibus lacerabat. iussit eam solui. Et cum ministri ad eam accedere non auderent dixit. Ego demoniu̅ qd̄ in ea erat iam ligatum teneo. & vos timetis. Et soluta statim liberata est. Tunc rex camelos auro et argento & lapidibus preciosis onerauit. & aplm inquiri faciens: nullatenus inuenire potuit. Mane autem sequenti: apparens apostolus cum solo rege in cubiculo dixit ei. Ut quid me cum auro et argento & lapidibus preciosis tota die quesiuisti Ista munera sunt necessaria his qui terrena requirunt. Ego nihil terrenu̅: nihil carnale desidero. Tunc sanctus bartholome9 cepit cum multa de modo redemptionis nostre docere ostendens inter cetera xp̄m vicesse diabolum per mirabile̅ congruentia̅ potencia̅. iusticia̅. & sapientia̅. Congruum em̄ fuit vt qui filiu̅ virginis id est adam factum de terra. dum adhuc esset virgo vicerat. a filio virginis vinceret. Pote̅ter q̄z ip̄m vicit cu̅ de sua dn̄atio̅e pote̅ter eu̅. eiecit qua̅ diabolus p delectio̅e primi homis vsurpauit. Et sic alicu9 victor tiranni comites suos mittit vt eius titulos vbiq̄ erigant & tiranni titulos deijciant. sic xp̄s victor nu̅cios vbiq̄ mittit. vt diaboli cultu̅ euacuet. & xp̄i cultu̅ statua̅t. Juste xp̄o. q2 iustu̅ e̅ vt q̄ comede̅te ho̅ie vincens homine̅ detinebat. a ieiuna̅te ho̅ie vict9 homine̅ amplius no̅ teneret. Sapie̅ter aute̅ dum ars diaboli deluditur arte xp̄i. Ars diaboli fuit vt sic̄ accipiter rapit aue̅ ita i desertum raperet xp̄m: vt si ibi ieiunans no̅ famesceret. absq̄ dubio deus esset si autem esuriret ip̄m vt primu̅ ho̅iem p cibuz deuinceret. Sed cognosci deus no̅ potuit q2 esuriuit. nec vinci. q2 eius te̅ptatio̅i no̅ cessit. Cu̅ g̊ eide̅ sacrame̅ta fidei predicasset dixit regi q̄ si baptizari vellet deu̅ suu̅ ligatu̅ cathenis sibi oste̅deret. ¶ Seque̅ti igitur die iuxta regis palatiu̅ dum pontifices idolo sacrificare̅t cepit clamare demon ac dicere. Cessate miseri sacrificare mihi. ne peiora me patiamini q̄ cathenis igneis ab angelis iesu xp̄i quez iudei crucifixeru̅t religatus sum puta̅tes eum a morte detineri. Ille a̅t ip̄am morte̅ que regina nostra est captiuauit. & ip̄m nostruz principem autore̅ mortis vinculis igneis vinxit. Statimq̄ oe̅s miseru̅t funes vt simulachru̅ euertere̅t sed no̅ potueru̅t. Apostolus au̅t demoni precepit vt inde exie̅s idolu̅ co̅minueret. Qui statim exie̅s om̄ia idola te̅pli p seip̄m co̅fregit. Deinde fusa oro̅ne ab aplo om̄es infirmi ptinus curati sunt. Aplus au̅t templu̅ deo dedicauit. & demone̅ in desertu̅ abire p̄cepit. Tu̅c angelus dn̄i ibide̅ apparuit. & templu̅ circu̅uolans in quattuor angulos signu̅ crucis digito suo sculpsit dicens. Hec dicit dn̄s. Sicut vos oe̅s ab infirmitate vestra mu̅daui ita & templu̅ hoc ab om̄i sorde mundabitur & habitatore eius que̅ apls in desertu̅ locu̅ ire precepit. prius tn̄ eum vobis ostenda̅ que̅ videntes ne timeatis sz quale signu̅ in lapidibus his sculpsi tale i vestris frontibus imprimatis. Tunc oste̅dit eis ethiope̅ nigriore̅ fuligine facie acuta. barba prolixa crinibus vsq̄ ad pedes ptensis oculis igneis vt ferrum ignitu̅ scintillas emitte̅tibus. fla̅mas sulphureas ex ore et oculis spirante̅. catenis igneis vinctu̅ retro manibus. & dixit ei a̅gelus. Qm̄ iussione̅ apli audisti & de te̅plo exiens oia idola confregisti solua̅ te vt vadas in tale̅ locu̅ vbi nullus homo moratur. & sis ibi

dem vsq3 ad diem iudicij. Jlle aũt solut⁹: cum magno strepitu ⁊ vlulatu disparuit. Angelus autẽ dñi in celum cunctis vidẽ tibus euolauit. Tunc rex cũ vxore ⁊ filijs: omnicq3 pplo baptizatus est. ⁊ relicto regno aplĩ discipulus ẽ effectus. D Tunc oĩes templorũ pontifices congregati ad astragẽ regẽ fratrẽ ei⁹ cõuenerũt ⁊ de deoꝝ suorũ amissione ⁊ templi subuersione ⁊ re gis per artẽ magicã deceptiõe ꝯtra aplm̃ sunt cõq̃sti. Astrages igitur rex indignat⁹ mille viros armatos ad capiendũ aplm̃ destinauit. Qui cũ adductus fuisset corã eo dixit ei rex. Tu ne es ille q̃ euertisti fra trem meũ. Cui aplus. Ego illũ nõ euerti sed conuerti. Cui rex. Sicut tu fecisti fra/ trem meũ deum suũ relinquere ⁊ tuo cre/ dere: sic et ego te faciã deum tuũ relinq̃re ⁊ meo deo sacrificare. Cui aplus. Ego deũ quẽ colebat frater tuus ligaui. ⁊ ligatum ostẽdi. ⁊ vt simulachrũ frangeret coegi: si sic poteris facere deo meo: poteris me ad simulachrũ puocare. Sin autẽ ego deos tuos cõminuam ⁊ tu crede deo meo. Hec illo dicente nũciatur regi ꝙ deus suus bal dach cecidisset: et cõminutus fuisset. Qd rex audiens purpurã scidit. qua indutus erat. ⁊ aplm̃ fustibus cedi iussit. ⁊ cesum viuũ excoriari mãdauit. Xpiani autẽ cor/ pus eius tulerũt ⁊ honorifice sepelierunt. Rex aũt astrages ⁊ tẽploꝝ põtifices a de monibus arrepti mortui sunt. Rex aũt po lemius in epm̃ ordinatur. ⁊ XX. annis offi ciũ epatus laudabiliter implens plenus virtutibus in pace quieuit. De genere sue passionis diuersa est opinio. Nã btũs dorotheus dicit. ꝙ crucifixus est. Ait eñ sic. Bartolomeus indis predicauit. qui ⁊ euãgeliũ ẜm mattheũ in ꝓpria eorũ lin/ gua eis tradidit. Dormiuit in albana ci/ uitate magne armenie crucifixus deorsu3 caput habẽs. Beatus aũt theodorus di/ cit ꝙ fuit excoriatus. Jn multis aũt libris legitur ꝙ tm̃ fuit decollatus. Hec aũt cõ/ trarietas taliter solui põt. vt dicaꝛ ꝙ pmo cesus: deinde crucifixus fuit: deinde ante/ q̃ ibidẽ moreretur de cruce fuit deposit⁹: ⁊ ob maiorẽ cruciatũ fuit excoriat⁹. postre mo capite truncatus. E Anno dñi. CCCXXXI. saraceni siciliam inuadẽtes

liparitanã insulã: vbi corpus sancti bar/ tholomei quiescebat vastauerũt. ac ei⁹ se/ pulchrũ ꝯfringẽtes ossa eius disparserũt Nam ad hanc insulã corpus eius taliter de india aduenisse phibetur. Cum eñ pa gani ꝓpter signoꝝ frequẽtiã: viderẽt cor/ pus eius plurimũ venerari. indignati i lo culo plũbeo positũ in mare precipitauerũt qd̃ diuino nutu ad insulã predictã deue/ nit. Cum igitur saraceni eius ossa disper sissent: illis recedẽtibus apparuit apl's cui dã monacho dicẽs. Surge ⁊ collige ossa mea que dispersa sunt. Cui ille. Qua ra/ tione ossa tua colligere: aut aliquẽ tibi ho norẽ exhibere debemus. cũ nos deleri per/ miseris. nec auxiliũ nobis impẽderis. Cui ille. Per multũ tẽporis meis meritis dñs pplo huic pepercit. Sed eorũ peccatis ni/ mis inualescentibus ⁊ vsq3 ad celum cla mantibus iam pro eis nõ potui veniã ob/ tinere. Sed cũ monachus sibi diceret quõ inter tot aliorũ ossa sua qñcq3 inuenire pos/ set. ait. Nocte ad ea colligenda ibis ⁊ ea q̃ vt ignẽ splendentia videris. protinus hec leuabis. Qui omnia vt dixerat inueniẽs. apostoli ossa leuauit ⁊ sup quãdam nauẽ conscendens beneuentum que est metro/ polis apulie ea transtulit. Nunc autẽ di/ citur ꝙ sint rome: licet beneuentani se ad huc corpus illud habere affirment. Cũ quedam mulier vas plenum oleo attulis set: vt in lampade3 beati bartholomei po/ neretur. q̃tumcunq3 vas super lampadẽ inclinarent. nil ex eo exire valebat. cum ta men digitos in vas mitterent ⁊ oleum li/ quidum omnino palparent. Tunc quidã exclamauit. Puto ꝙ apostolo acceptũ non est vt hoc oleũ in suam lampadẽ infunda tur. Qua propter in aliam lampadem in fuderunt. ⁊ protinus oleum emanauit. F Cum imperator fridericus beneuen/ tum destrueret. et omnes ecclesias que ibi dem erant dirui mãdasset. ciuitatẽ totam ad alium locũ transferri intendẽs vir qui dã quosdã viros albatos ⁊ fulgentes in/ uenit. q̃ ad inuicẽ loq̃: et inter se aliqua tra ctare videbantur. Qui cum vehementer admirans qui nam essent interrogasset: vnus eorũ respõdit. Jste ẽ bartholomeus aplus cũ ceteris sanctis quoꝝ in hac vrbe

ecclesie habebantur. Qui insimul conue/
nerunt vt inter se inquirerēt: et tractarent
quali pena esset ille plectēdus. qui eos de
habitaculis suis eiecit. Etiam inter eos
inuiolabili sententia est firmatū vt ille si/
ne mora ad iudicium dei accedat. de his
om̄ibus in eius iuditio responsurus. Post
modicum p̄uo tempus dictus imperator
miserabiliter vitam finiuit Legitur in
quodā libro de miraculis sāctorum q̄ qui
dam magister festum sancti bartholomei
om̄i anno solenniter celebrabat. Cui pre/
dicanti diabolus in specie cuiusdam puel
le ad modum speciose apparuit quā inie/
ctis in eam oculis ad prandiuz inuitauit
Qui dum in mensa ꝯsisterent illa in amo
rem suū multū eum allicere nitebatur bea
tus bartholomeus in specie pegrini p̄ fori
bus affuit. et vt amore sancti bartholomei
introduceret obnixius flagitauit Qua di
suadēte panis ei mittit. Sz ille hūc acci/
pere recusauit. Rogauit tamen magistrū
per nunciū vt sibi diceret. quid magis in
homine proprium esse putaret. Cui cum
ille diceret risibile. puella respondit. Imo
peccatū cum quo homo concipitur nasci/
tur atq̄ viuit. Cui bartholomeus respon/
dit. q̄ ille bene intulit. sed mulier profun/
dius indagauit Secundo dictus peregri
nus magistro misit vt sibi diceret quis lo/
cus vnius pedis esset: vbi deus in terra
maiora miracula ostendisset. Cui cū ille
diceret locus crucis. In quo deus mirabi
lia operatus est. illa ait. Imo caput homi
nis i quo q̄si minor mūdus existit. Utro/
rumq̄ sententiam apostolus approbauit.
Tertio inquisiuit quāta distantia esset a
summo celi: vsq̄ ad profundum inferni.
Cui cū magister se nescire diceret. illa ait.
Modo video q̄ precipitor. Sed ego hoc
noui quia de altero ad alterum decidi. et
oportet q̄ hoc tibi ostendam. Tunc dia/
bolus cuz magno eiulatu se in abissum p̄/
cipitauit. Et dum quererent peregrinum
minime inuenerunt. Simile fere legitur
de beato andrea. G Beatus autem
ambrosius in prefatione quā fecit de illo
ap̄lo eius legendam abbreuians ita dicit
Discipulis christe tuis vnica diuinitate
predicantibus trinitatē tuam mundo mi

rabili[illegible]signatus es ostendere maiestatē
Inter quos beatissimū bartholomeum
magna virtutū prerogatiua colendū be/
nigna tui prospectio ad populum direxit
longinquū quē licet penitus humana cō/
uersatione remotū. tibi tamen predicatio/
nis augmento meruit consignare vicinū.
O q̄ztis preconijs apostolū mirabilē ce/
lebrandum cui dum ad seminandū fidem
proximorum corda non sufficerent p̄plo/
alatis quasi vestigijs extremos terrarum
fines penetrauit indorū. Cum languen/
tiū innumera caterua templuz ingressus
demoniacū effecit ilico vt nullum cultori
bus demon preberet respōsum. O q̄ mi/
ra virtutuz ipsius insignia dum humana
voce verbosantem contra se aduersarium
solo iussu laceratis diutissime viris reddi
dit mutum. Reginā diabolica contagiōe
lunaticam liberauit. puellāq̄ solutis nexi
bus patri representauit sanissimam O q̄
sublime sanctitatis eius miraculū dū an
tiquū humani generis inimicū suum fe/
cit in nihilum redigere simulachrū. O q̄
digne exercitui numerandus celesti. cui⁹
vt miraculis fidem cōmodaret certissimā
angelus apparuit supna delapsus ab au
la. Is igitur cathenatū demonem cūctis
ostentās deformē. salutiferā saxo dn̄icam
impresserat crucē Rex reginaq̄ simul ba/
ptizantur cū gente vrbiūq̄ XII. accolere
deū patrē corpore sequūtur et mēte Ad ex
tremū p̄uo tēplorū delatu pontificū neophi
ci polemij frater tirānus beatū ap̄l'm om/
nimode in fide constantē. cesum atq̄ exco
riatū acerrimā fecit suscipere mortē Qui
tante mortis viriliter perferēdo discrimē.
gl'iosi certaminis ad celeste gaudiū repor
tauit triumphū. Huc vsq̄ ambrosius.
Beatus autem theodorus abbas: et do/
ctor precipuus de hoc apostolo inter cete/
ra sic ait. Apostolus dei bartholomeus
primū in licaonia predicauit. postmoduz
in india. ad vltimum in albana vrbe sci/
licet. maioris armenie: vbi primo exco/
riatus tandem capite plexus. ibidem se/
pultus est. Qui dum ad predicandum
mitteretur a domino vt opinior audiuit.
Uade discipule meus ad predicandū exi
ad pugnandum. capax esto periculorum.

ego paternum opus cõsummaui. primus testis factus. Uas quod necessariũ est imple. Imitare magistrum tuum: emulare dñm tuum. Sanguinẽ sanguinibus pone: carnẽ carnibus trade: q̃ pro te passus sustinui patere. Arma sint tibi benignitas in sudoribus mansuetudo inter maleficos. patientia in his qui perimũt. Nõ refutauit t̃ apostolus sed vt famulus fidelis dominico acquiescens precepto pergit gaudens tanq̃ lux mundi vt tenebrosos illuminaret: tanq̃ sal terre vt gentes insipidas saliret. tanq̃ agricola vt spiritualẽ agriculturã perficeret Petrus quoq̃ apostolus docet nationes sed bartholomeus consequẽter paria inuestigat. Petrus operatur prodigia magna. sed bartholomeus facit mirabilia valida. Petrus capite deorsum crucifigitur Bartholomeus postq̃ viuus excoriatus est: capite plectitur. Ad quot valet petrus capescẽda mysteria: ad tot bartholomeus sufficit penetrãda equaliter fecundat ecclesiã equa lance habuit et cetera diuina carismata. Hic ex diuio duodenario numero medius ex vtraq̃ parte sonũ diuine sermocinationis dat sicut in cithara armoniã. Omes apl̃i vniuersitatem sibi dispartiẽtes pretores regis regum constituti sunt. Huic autẽ est sors et portio armenie locus qui est ab eulath: vsq̃ ad gabaoth distributa. Igitur vide eum lingue aratro rationabilia rura sulcantẽ: fidei verbum in profundo cordis recondentem paradisos et vineas dñi plantantẽ singulis passionũ remedia medicinaliter inserentem. spinas inutiles euellẽtem. siluas ipietatis secare. sepes dogmaticas circumponere Sed quales merces creatori obtulerũt. Utiq̃ pro honore inhonorantiã. pro benediccione: maledictionẽ pro muneribus penas. pro requiescibili vita: amarissimã mortẽ. Nã postq̃ intolerabilia tormenta subijt ab eis decoriatus in morẽ follis fuit. Nec postq̃ migrauit ab hoc mundo neglexit occisores. sed inuitabat miraculis perditos. et prodigijs admittebat aduersos sed bestialem mentem nil erat q̃d compesceret. nil quod a malo retraheret. Quid decetero faciunt Insaniunt contra illud sacrũ corpus Respuunt egroti medentẽ. orbati manuducentem. ceci ductorẽ. naufragi gubernatorem. mortui viuificatorem. Et hoc quõ. Proijciunt nãq̃ in pelagus corpus sctm̃.

H Mota est igitur cum impetu de regionibus armenie archa cũ quattuor aliorũ martyrũ archis que similiter dũ signa operarẽtur cũ ea fuerant in mare proiecte et per tantũ spacium maris quattuor his precedentibus et tanq̃ ministris obsequium quodãmodo apl̃o faciẽtibus, venerunt in partes sicilie in insulã q̃ liparis nũcupatur sicut epõ hostiẽsi qui tũc presens erat reuelatũ fuit. Uenit ad paupercula3 thesaurus ditissimus. Uenit ad ignobilẽ preciosissima margaritha. Uenit ad mestam splendidissimũ luminare. Alijs igitur quattuor ad diuersas terras eũtibus. sanctum apl̃m in dicta insula reliquerũt. Eteni predictos quattuor martyres apostolus relinquẽs retrorsum vnũ. s. papinũ in ciuitatẽ sicilie milas aliũ ꝟo lucianum nõie in essinã trãsmisit. reliquos ꝟo duos: in calabritidẽ terram direxit. gregorium quidẽ in ciuitatẽ calumnã. achatiũ autem in ciuitatem que chale vocatur. qui vsq̃ hodie suffragijs suis splendent. Susceptus est igitur cum multis hymnis laudibus et candelis et templum sibi magnifice fabricatur. Mons autẽ vulcanus insule contiguus cum habitatoribus esset nociuus. eo q̃ ignẽ emittebat. quasi per stadia septem se inuisibiliter elongauit circa mare suspensus. ita vt vsq̃ hodie appareat videntibus quasi figuratio fugientis ignis. Nunc igitur aue o beate beatorũ ter btẽ bartholomee. qui es diuine lucis splẽdor. sancte ecclesie piscator rationabiliũ piscium periture capture. dulcis fructus viui de palmitis. vulnerator diaboli mundu3 suo latrocinio vulnerantis. Gaudeas sol orbis terre cũcta illũinans. os dei lingua ignita sapiẽtiam promẽs. fons iugiter sanitates emanans. qui mare meabilibus gressibus sanctificasti. qui terram purpuream tuo cruore fecisti. qui ad celos commeasti. vbi in medio diuine aciei refulges in splendore immarcessibilis glorie splendes in exultatione iocunditatis insaciabilis gaudes. Hec Theodorus.

CXIX

De sancto Augustino.

Augustinus hoc nomē
sortitus est vel ꝓpter excellentiā
dignitatis vel ꝓpter feruorē di/
lectiōis. vel ꝓpter ethimologiā nōis. Pro/
pter excellentiā dignitatis. qm̄ sicut impe
rator augustus p̄cellebat oēs reges sic et
iste excellit om̄es doctores ſm q dicit re/
migius. Vñ alij doctores cōparātur stel/
lis. Dañ. XII. Qui ad iusticiā erudiunt
multos quasi stelle ꝛc̄. Hic aūt cōparatꝰ
soli sicut patet i epl'a q̄ de eo cātatꝰ. Qua/
si sol refulgēs. sic ip̄e refulsit in templo dei
Scd̄o ꝓpter feruorē dilectionis. qm̄ sicut
mēsis augustus valde feruet estu caloris.
sic et ip̄e valde incaluit igne diuini amoris
Unde ip̄e in libro cōfessionū de se sic dic̄.
Sagitaueras tu cor meū charitate tua ꝛc̄
Itē ibidē. Aliqñ intromittis me in affe/
ctū multū inusitatum introrsus nescio ad
quā dulcedinē que si perficiatur in me ne
scio q̄d erit si vita eterna nō erit. Tertio ꝓ
pter ethimologiā nōis. Dicitur eṁ augꝰ
ab augeo ꝛ astin. qd̄ est ciuitas ꝛ ana qd̄ ē
sursum. Inde augꝰ quasi augens supnaꝫ
ciuitatē. Unde d̄ eo cātatur. Qui p̄ualuit
āplificare ciuitatē. ꝛc̄. De qua ciuitate ip̄e
dicit in libro XI. de ciuitate dei. Inest ciui
tati dei ꝛ origo ꝛ informatio ꝛ beatitudo
Qm̄ si queratur vnde sit. deus eā condi/
dit. Si vnde sapiēs: a deo illuminatur. Si
vñ felix. deo fruitur. Subsistens modifi/
catur. contēplans illustratur. inherēs io/
cundatur. Videt ꝛ amat. In eternitate
dei viget In veritate dei lucet. In bonita
te dei gaudet. Vel vt dicitur in glosario.
Augꝰ dicitꝰ magnificus. felix. preclarus.
Fuit eṁ magnificus in vita. p̄clarus i do
ctrina. felix in gloria Eius vitā cōpilauit
possidonius calamensꝰ ep̄s vt dicit cassio/
dorus in libro de viris illustribus.

Augustinus doctor egregiꝰ in
ꝓuincia affricana ciuitate car/
thaginensi ortꝰ. ex honestis val
de parentibus. s. patre patricio
matre monica genitus. in liberalibus ar/
tibus sufficienter edoctus fuit. adeo vt sū
mus phōs, rethor luculentissimus habe/
retur Nam libros aristotelis ꝛ oēs libros
liberaliū artiū q̄scunq̄ȝ legere potuit ꝑ se
didicit ꝛ intellexit: sicut ip̄e i li. ꝯfesꝰ. testatꝰ
dicēs. Oēs libros artiū q̄s liberales vo/
cant tūc neq̄ssimus malaꝝ cupiditatū ser
uus ꝑ meipm legi. ꝛ intellexi q̄scūq̄ȝ lege/
re potui. Itē in eodē Quicq̄d ē de arte lo
quēdi ꝛ disserēdi. q̄cq̄d de dimēsionibꝫ fi/
guraꝝ. ꝛ de musicis. ꝛ de numeris. sine ma/
gna difficultate nullo hoīm tradēte intel/
lexi. Scis tu dñe deus meꝰ qꝛ celeritas in/
telligēdi ꝛ discēdi acumē donū tuū ē. Sꝫ
nō in sacrificabā tibi. Verū qꝛ sciētia sine
charitate nō edificat sꝫ inflat. i errorē ma/
nicheorū q̄ xp̄ꝫ fantasticū fuisse affirmāt:
ꝛ carnis resurrectionē negāt. incidit. ꝛ in
eo ꝑ annos nouē dū adhuc adolescēs esset
ꝑmāsit. Ad has etiā nugas adductꝰ ē vt
arborē fici plorare diceret. cū ab ea folium
vel ficus tolleretꝰ Cū igitꝰ eēt ānoꝝ XIX. ꝛ
quēdā librū cuiusdā phi. s. ciceronis in q̄
vanitas mūdi cōtemnēda ꝛ philosophia
a ꝑpetēda docebatur perlegeret ex hoc qui/
dā liber plurimum placuit. sed quia no/
men iesu xp̄i quod a matre inbiberat: ibi
non erat dolere cepit. Mater v̄o eius
pro eo plurimum flebat: ꝛ ipsum ad vni/
tatē fidei reducere satagebat. Quadā igi
tur vice vt legitꝰ i libro tertio ꝯfesꝰ. vidit se
stare in q̄dā linea lignea licꝫ tristē. ꝛ q̄daꝫ
ei iuuenis astitit: ꝛ causam tante tristicie
req̄siuit. Que cū diceret ꝑditionē filij mei
deploro. Ille rñdit. Esto secura qꝛ vbi tu:
ibi ille Et ecce ꝯtinuo filiū suū iuxta se sta
re vidit. Hoc cū augustino retulisset: ille
ait. Falleris mater falleris nec sic tibi dcm̄
est. Sꝫ vbi ego ibi tu. Ecōtra illa dicebat
Non fili mihi dictū ē vbi ille ibi tu: sꝫ vbi
tu ibi ille. Rogabat igitꝰ sedula mater q̄si
importuna q̄ndā ep̄m sicut in eodē libro
ꝯfesꝰ augꝰ testatꝰ. vt ꝓ filio suo intercedere
dignaretur Qui tāta qd̄āmodo importu/
nitate deuictus, ꝓphetica voce rñdit. Va
de secura qꝛ impossibile ē vt filius tantaꝝ
lachrymarū pereat. Cū aūt apud car/
thaginē multis annis rhetoricā docuisset
oculte matre nesciēte romā venit ꝛ ibidē
multos discipulos cōgregauit. Cum eṁ
mater vsq̄ȝ ad portū eum secuta fuisset. vt

aut eũ retraheret: aut secũ iret. ipe eam de
cipiens nocte latenter recessit. Quod illa
mane considerans aures dei clamoribus
implebat. Quolibet aũt die mane ⁊ ve/
spere ad eccl'iaʒ ibat ⁊ ꝓ filio orabat His
tẽporibus mediolanẽs. a simacho ꝓfecto
romanoꝝ petierũt sibi doctorẽ in rethori/
ca destinari. Presulabat tũc ibi vir dei am
brosius. Et ad preces mediolanensiũ illuc
mittitur augustinus Mater autem eius
quiescere nõ valens cũ multa difficultate
ad eum venit ⁊ ipm iam nec vere mani/
cheum nec vere catholicũ reperit. Cepit
autẽ augustinus beato ambrosio adhere/
re ⁊ eius predicationes frequẽter audire.
Erat autẽ valde in predicatione suspen/
sus ne quid contra ipam manicheorũ he
resim vel pro ipa diceretur Quadam em̃
vice ꝯtra illũ errorẽ ãbrosius diutiꝰ dispu/
tauit ⁊ ipm apertis rõibus ⁊ autoritatibꝫ
cõfutauit ita vt error ille a corde augusti/
ni penitus pelleretur. B Quid aũt
post hoc sibi contigerit ipe in libro confes
narrat dicens. Cum te primũ cognoui re/
uerberasti infirmitatẽ aspectꝰ mei: radiãs
in me vehementer. Et contremui amore
⁊ horrore ⁊ inueni me longe esse a te in re/
gione dissimilitudinis tanq̃ʒ audirẽ vocẽ
tuam de excelso Cibus sum grandiũ. cre/
sce ⁊ manducabis me Nec tu me mutab
in te sicut cibum carnis tue sed tu mutabe
ris in me. Cum autẽ sicut ibidem refert
via xp̄i sibi placeret. sed ꝑ istam angustã
adhuc ire pigeret imisit dominus in men
tem eius vt ad simplicianum in quo luce
bat lux diuina scilicet gratia pergeret. vt
sibi actus suos secum conferenti proferret
quis esset aptus modus viuendi ad am/
bulãdũ i via dei in q̃ alius sic: aliꝰ sic ibat
Displicebat ãt ei q̃cq̃d agebat in secl'o ꝓ/
dulcedĩe dei ⁊ decore domus eiꝰ quã dile
xit. Simplicianꝰ aũt cepit eũ hortari ipe
q̊ʒ cepit seipm hortari ⁊ dicere. Quot pue
ri ⁊ puelle intra eccl'iaʒ deo fuiũt. ⁊ tu nõ
poteris qd̕ isti et iste. An ꝓo isti ⁊ iste in se
ipis possunt et non in deo suo. Quid in te
stas ⁊ non stas. proijce te in eum ⁊ excipi/
et te et saluabit te. Inter horum collo/
quia memoria victorini in medium venit
Unde exhilaratus simplicianus narrat
qualiter idẽ adhuc gentilis ob sui sapien
tiam rome quod maximum tunc erat sta/
tuam in foro meruisset ⁊ qualiter se sepi/
us christianum dicebat. Cui cum simpli
cianus diceret. nõ credo: nisi te in ecclesia
videro. Ille iocando dicebat. Nũquid pa
rietes faciunt hominem christianũ. Tã/
dem dum ad ecclesiam venisset: et ei tan/
q̃ʒ verecundo occulte liber vbi erat simbo
lum fidei ad legendum: et pronuncian/
dum vt tunc moris erat datus fuisset. ille
in altum ascendit: et alta voce pronun/
ciauit. mirãte roma gaudẽte eccl'ia. Om
nes autem subito perstrepuerunt. victori/
nus victorinus. cito sonuerunt ⁊ cito silu
erunt. Tunc etiam ab affrica quidã ami/
cus augustini nomine pontianus super/
uenit: et vitam ⁊ miracula illius magni
anthonij qui nuper in egypto sub constã/
tino imperatore defunctus fuerat recita/
uit. Horum exemplis augustinus vehe/
menter exarsit. ita ꝙ socium suum alipiũ
tam vultu q̃ʒ mente turbatus inuasit: et
fortiter exclamauit. Quid patimur: quid
audimus. Surgunt indocti et celum ra/
piunt: et nos cum doctrinis nostris in in/
fernum d̕mergimur. An quia precesserũt
pudet sequi: et nõ pudet nec saltem sequi.
Et accurrens in quendam ortũ sub qua/
dam vicu se proiecit. vt in eodem libro cõ
fessionũ cõmemorat. ⁊ amarissime flens:
lamentabiles voces dabat dicens. Quã/
diu q̃ʒ diu cras ⁊ cras sine modo sine pau
lulum. Modo nõ habebat modum ⁊ si/
ne paululum prodibat in longinquum.
De hac sui tarditate plurimum conque/
rebatur. sicut postmodum in eodem libro
scripsit. Heu mihi q̃ʒ excelsus es in excel
sis. et q̃ʒ profundus in profundis. ⁊ nus/
q̃ʒ recedis ⁊ vix redimus ad te. Age dñe
et fac et excita ⁊ reuoca nos. Accede ⁊ ra/
pe et fragra ⁊ dulcesce. Impedimẽtis om
nibus sic timebam expediri queadmodũ
impediri timendum est. Sero te amaui
pulchritudo tam antiqua et tã noua sero
te amaui. Intus eras: ⁊ ego foris. ⁊ ibi te
q̃rebã: ⁊ in ista formosa q̃ fecisti deformis
irruebã. Mecũ eras ⁊ tecũ nõ erã. Voca
sti ⁊ clamasti. ⁊ rupisti surditatẽ meã. Co
ruscasti ⁊ splẽduisti ⁊ fugasti cecitatẽ meã

fragrasti ⁊ duxisti spiritum meũ ⁊ anhelo
tibi. Gustaui ⁊ esurio ⁊ sitio te. Tetigisti
me ⁊ exarsi in pacem tuã Cum autẽ ama
rissime fleret. audiuit vocem dicentẽ sibi.
tolle lege tolle lege. Aperuitq; statim co/
dicem aplicũ ⁊ coniectis oculis ad primũ
capitulum legit. Induimini dñm iesum
xpm. ⁊ statim omẽs ab eo dubietatis tene
bre diffugerũt. ¶ Interim autẽ tam
vehemẽtissimo dentiũ dolore torqueri ce/
pit. vt vere sicut ipe ait ad credendũ opi/
nionẽ cornelij phi duceretur. qui summũ
bonum anime in sapiẽtia: summũ ꝓo bo/
nũ corporis in nullum sentiendo dolorem
posuerat. Tam vehemens aũt ille dolor
fuit: ꝙ etiã loquelã amisit. Quo circa vt i
libro cõfes. refert: in tabulis cereis scripsit
vt omẽs pro eo orarent. vt dolorẽ illum do
minus mitigaret. Ipse igitur cũ alijs ge/
nua flexit. ⁊ subito sanuz se sensit. Insi/
nuauit ergo ꝑ litteras sancto viro ambro/
sio suũ votum vt moneret quid sibi de li/
bris sanctis legendũ esset quo aptior fie/
ret fidei xpiane. At ipse iussit esaiam pro/
phetam eo ꝙ euãgelij: ⁊ vocationis gẽtiũ
ꝑnunciator aptior videatur Cuius prin/
cipiũ cum augustinus nõ intelligeret: to/
tum aliud tale esse arbitrãs distulit vt il/
lud relegeret cum ĩ scripturis sanctis ma/
gis exercitatus esset. Adueniente ꝓo pa
scali tempore augustinus cum esset anno
rum XXX. cum filio suo adeodato puero
valde ingenioso quem augustinus in sua
adolescentia dum adhuc gentilis: ⁊ phi/
losophus esset genuerat. necnõ et cũ alip/
pio amico suo meritis matris et predica/
tione ambrosij sacrum baptisma suscepit.
Tunc sicut fertur ambrosius. te deũ lau/
damus inquit. ⁊ augustinus. te dñm cõ/
fitemur. respondit. ⁊ sic tunc ipi duo hunc
hymnũ alternatim composuerunt. ⁊ vsq;
in finem decantauerunt. Sicut etiam te/
statur honorius in libro suo: qui dicitur
speculum ecclesie. In aliquibus autem
libris antiquis titulus talis preponitur.
Canticum ab ambrosio ⁊ augustino con/
pilatum. Protinus autẽ in fide catholi/
ca mirabiliter confirmatur. spem omnez
quã habebat in seculo dereliquit: ⁊ scolis
quas regebat abrenunciauit. Quanta
autez dulcedine diuini amoris extũc frue/
retur ipse hoc in libro confes. aperit dicẽs
Sagitaueras tu cor meũ charitate tua.
⁊ gestabam verba tua transfixa in visceri
bus meis. et exempla seruorum tuorum
quos de nigris lucidos ⁊ de mortuis vi/
uos feceras congesta in sinũ cogitationis
mee vrebant ⁊ consũmebant grauẽ torpo
rem et ascendenti a conualle ploratiõis et
cantanti canticũ graduũ dederas sagit/
tas accutas ⁊ carbones vastatores: nec sa
tiabar in illis diebus dulcedine mirabili
considerare altitudinẽ diuini consilij: sup
salutem generis humani. Quantũ fleui i
hymnis ⁊ canticis tuis. suaue sonantis ec
clesie vocibus cõmotus acriter voces ille
influebant auribus meis: ⁊ eliquabatur
veritas tua in cor meũ: ⁊ currebãt lachry
me ⁊ bene mihi erat cũ eis. Tũc eñi in ec/
clesia mediolanensi hec cantica instituta
sunt. Et clamabam clamore alto cordis
mei. O in pace. O in idipsum O q̃ dixit
dormiã ⁊ requiescam ⁊ somnũ capiã. Tu
es eñi in idipsum qui nõ mutaris: ⁊ in te
requies obliuiscens laborũ omniũ. Lege
bam totum psalmũ illum ⁊ ardebam qui
fueram latrator amarus ⁊ cecus aduer/
sus litteras de melle celi melleas et de lu/
mine tuo luminosas: ⁊ super scripturas
huiusmodi tabescebã. Christe iesu adiu/
tor meus ꝙ suaue mihi subito est factum
carere suauitatibus nugaꝝ mearũ ⁊ quas
amittere metus fuerat iam dimittere gau
dium erat Ejciebas eñi eas a me vera tu
et sũma suauitas. Ejciebas ⁊ intrabas:
pro eis omĩ voluptate dulcior: sed nõ car/
ni ⁊ sanguini: omĩ luce clarior sed omni se
creto interior. omni honore sublimior. sed
nõ sublimibus in se. ¶ Post hoc as/
sumptis nebrodio ⁊ euodio ⁊ matre ad a/
fricam remeabat. Sed cum essent apud
hostia tiberina pia mater eius defuncta ẽ.
Post cuius morte reuersus est augustin⁹
ad agros proprios. vbi cũ his qui sibi ad
herebant ieiunijs ⁊ orationibus deo vaca
bat. libros scribebat. ⁊ indoctos docebat.
Fama aũt eius vbiq; diffundebatur. ⁊ in
omnibus libris suis ⁊ actibus admirabi
lis habebatur. Refugiebat autem ad ali/
quã ciuitatem accedere que epo careret:

ne ipm in predicto officio impedire contin
geret. Eodem tempore apud yponem
erat quidam vir magnarũ opũ. qui augu
stino misit ꝙ si ad eũ accederet. ⁊ verbũ ex
ore suo audiret seculo renũciare posset Qd̃
augustinus vbi cõperit illuc concitus iuit
Audiens aũt valerius yponensis episco/
pus famam eius ipm plurimũ renitentē
in ecclesia sua presbyterũ ordinauit. nõnul
lis quidem lachrymas suas superbe inter
pretantibus: ⁊ tanq̃ eum consolantibus ⁊
dicentibꝰ. quia ⁊ locus presbyterij licet ipe
maiori dignus esset appropinquaret tamẽ
episcopatui. Qui stati monasteriũ clerico/
rum instituit. ⁊ cepit viuere scd̃m regulã
a sanctis apostolis constitutã. De cuiꝰ mo
nasterio fere decem episcopi sunt electi. Et
quia predictus episcopꝰ erat grecus ⁊ mi/
nus in latina lingua ⁊ litteris doctus: au/
gustino potestatẽ tribuit. vt contra morem
orientalis ecclesie corã se in ecclesia predi/
caret Unde cũ multi episcopo derogarent
ille de hoc nõ curabat. dũmodo per eum fi
ret quod per se fieri nõ valebat. Eo tempo
re fortunatũ presbyterũ manicheũ ⁊ alios
hereticos precipue rebaptizatores donati/
stas ⁊ manicheos conuicit abstulit ⁊ con/
futauit. Cepit aũt valerius formidare ne
sibi augustinus tolleretur. ⁊ ab alia ciuita
te in episcopũ peteret. Nã sibi aliquando
ablatus fuisset nisi eum ad locũ secretum
transmitere curasset. ita vt inueniri mini/
me potuisset. Impetrauit igit ab archiepi
scopo carthaginensi vt ipe cederet ⁊ augu/
stinũ yponensi ecclesie in episcopũ promo/
ueret. Sed cum hoc augustinꝰ omimode
recusaret compulsus tamẽ ⁊ coactus suc/
cubuit. ⁊ episcopatus curam suscepit. Qd̃
in se fieri non debuisse vt suo viuẽte episco/
po ordinaret. postea ⁊ dixit ⁊ scripsit. ꝓpter
concilij vl̃is prohibitionẽ quã postmodũ or/
dinatus didicit. Nec qd̃ sibi factũ esse do/
luit alijs fieri voluit. Unde etiã sategit vt
in concilijs episcopoꝝ constitueret vt omia
statuta patrũ ordinandis deberẽt ab ordi
natoribꝰ intimari Ipe aũt de se dixisse post
modũ legit. In nulla re mihi dominũ ssen/
sio sic iratũ sicut in hoc ꝙ cum nõ essem di
gnus poni ad remũ posuit me ad amplu/
stre in apice regiminis ecclesie. Uestimẽta
eius ⁊ calciamẽta ⁊ ornamẽta alia nec ni/
tida nimiũ. nec abiecta plurimũ Sz ex mo
derato ⁊ competẽti habitu erant. Ipe em̃
de se dixisse legit. Fateor de preciosa veste
erubesco. ⁊ ideo cum datur mihi vẽdo eã:
vt quia vestis nõ potest eẽ cõmunis preciũ
sit cõmune. Mẽsa frugali ⁊ parca sem/
per vsus est. ⁊ inter olera ⁊ legumina pro/
pter ifirmos ⁊ hospites plerũq̃ carnes ha
bebat. In ipa aũt mẽsa magis lectionẽ vl'
disputationẽ q̃ epulationẽ diligebat. ⁊ cõ
tra pestẽ detractionis in ea sic scriptũ ha/
bebat. Quisquis amat dictis absentũ ro/
dere vitam. Hanc mẽsam indignam no/
uerit esse sibi. Nam ⁊ aliquando cum qui
dã sibi familiarissimi coepi ad d̃tractionẽ
linguã laxassent. adeo dure eos redarguit
vt diceret ꝙ nisi desisterẽt aut versus ipos
deleret. aut a mensa recederet. Quadã vi/
ce cũ quosdã suos familiares ad prandiũ
inuitasset. vnus illorũ curiosior ceteris. co
quinam ingressus est. Cunq̃ omnia frigi
da reperisset. reuersus ad augustinũ inter/
rogauit. quid ciborum ipe pransurus pa/
terfamilias preparasset. Cui augustinus.
nequaq̃ taliũ epularum curiosus respon/
dit. Et ego vobisum nescio. E Tria
a beato ambrosio se didicisse ait. Primum
est ꝙ vxorẽ cuiq̃ nunq̃ peteret. Scd̃m ꝙ
militare volentẽ ad hoc non cõmendaret.
Tertiũ ꝙ ad conuiuia inuitatus non iret.
Causa primi est: ne illi inter se non conue/
niant ⁊ sibi maledicant. Causa scd̃i est: ne
militantes calumniã exerceant ⁊ in eũ alij
culpam refundant. Causa tertij est ne for/
te temperantie modum perdat. Tante
aũt puritatis ⁊ humilitatis fuit vt ipa eti
am minima peccata que apud nos nulla
vel minima reputantur. in libro confes. cõ
fiteatur ⁊ de his coram deo humiliter se ac
cuset. Nam ibidem accusat se de eo ꝙ cum
puer esset ludebat ad pilam dum ad sco/
las ire deberet. Item de eo ꝙ nolebat lege
re vel addiscere nisi a parentibus vel ma/
gistro vrgeret. Item de eo ꝙ fabulas poe/
tarum sicut fabulã enee cum adhuc esset
puer libenter legebat ⁊ didone mortuã pro
pter amorem plorabat. Item de hoc ꝙ de

T

cellario parentum vel mensa aliquid fura/
batur ut pueris ludentibus daret. Item
de eo quod in ludo puerorum fraudulen/
tas victorias exercebat. Item de eo quod
pira de quadam arbore vicina vinee sue
cum adhuc esset annorum sedecim fura/
tus fuit. In eodem quoq₃ libro accu/
sat se de ip̄a modica delectatione quã ali/
quando in comedendo sentiebat dicens:
Sic me docuisti ut queãdmodum medi/
camenta sic alimenta sumpturus accedã.
Sed dum ad quietem satietatis ex indi/
gentie molestia transeo. in ip̄o transitu in/
sidiatur mihi laqueus concupiscentie. ip̄e
eñ transitus voluptas est. ⁊ non est alius
quo transeatur. quo transire cogit necessi/
tas. Et cũ salus sit causa edendi ⁊ biben/
di. adiungit se tanq̄₃ pedissequa periculosa io/
cũditas ⁊ plerũq₃ preire conat̃ ut ei⁹ cã fiat
qđ salut⁹ causa me facere vel dico vel volo
Ebrietas longe est a me. misereberis ne
appropinquat mihi Crapula aũt nõnunq₃
subrepit seruo tuo. misereberis ut longe fi/
at a me. Et quis est domine qui nõ aliquã/
do rapiatur aliquantulum extra metas ne/
cessitat⁹. Quisquis ille est. magnus profe/
cto est. Magnificet nomen tuũ. Ego non
sum. qui homo peccator sum. Habebat
etiã se suspectũ de olfactu dicẽs. De illece/
bra odorũ nõ satago nimis. cum absunt nõ
requiro. cum assunt non respuo. Paratus
etiam eis semper carere ita mihi videor ⁊
forsitan fallor. Nemo eñ securus esse de/
bet in ista vita que tota temptatio nomi/
natur. Unde qui fieri potuit ex deteriori
melior. non fiat ex meliori deterior. Ite/
rum de auditu confitetur dicens. Volu/
ptates aurium tenacius me implicauerãt
⁊ subiugauerant. sed resoluisti ⁊ liberasti
me. Cum mihi accidit ut me amplius can/
tus q̄₃ res que canit̃ moueat. penaliter me
peccare confiteor. ⁊ tunc mallem non au/
dire cantantem. Accusat etiam se de visu.
sicut de eo q̄ aliquando nimis libenter vi/
dit canem currentem. ⁊ de eo q̄ per agrum
casu transiens venationem libenter pro/
spexit. ⁊ de eo q̄ domi existẽs araneas mu/
scas suis rhetibus capientes nimis atten/
te conspexit. Ideo autem de his coram do/
mino confitetur. ut ibidem dicit. quia ali/
quando hec a bonis meditationibus auer/
tunt. ⁊ orationes interrumpunt. Accusat
etiam se de appetitu laudis ⁊ motu inanis
glorie dicens: Qui laudari ab hominibus
vult vituperante te. non defendetur ab ho/
minibus iudicante te. nec eripietur dam/
nante te. Laudat̃ homo propter aliquod
donum quod dedisti ei. ⁊ tamen plus gau/
det se laudari q̄₃ donum Temptamur his
temptationibus quottidie sine cessatione
quottidiana fornax nostra est humana lin/
gua. Veruntamen nollem ut vel augeret
mihi gaudium cuiuslibet boni mei suffra/
gatio oris alieni Sed auget fateor non so/
lum: sed vituperatio minuit. Contristor
autem aliquando laudibus meis cum ea
laudantur in me in quibus mihi ip̄e displi/
ceo vel etiam bona minora vel leuia plu/
ris existimantur q̄₃ existimanda sunt. ¶
Hereticos vir iste sanctus validissime
confutabat. ita ut ip̄i inter se publice pre/
dicarent peccatum non esse interficere au/
gustinum. quem tanq̄₃ lupum occidendũ
dicebant. ⁊ occisoribus omnia sua pecca/
ta a deo dimittenda asserebant. Multas
ab eis insidias pertulit. ita ut sibi aliquo
pergenti in via insidias ponerent: sed dei
prouidentia itineris errore seducuntur, ut
inuenire eum nõ possent. Compauperũ
semper memor erat: eisq₃ ex his que habe/
re poterat liberaliter exhibebat. Nam ⁊ de
vasis dominicis propter pauperes ⁊ capti/
uos aliquando iubebat frangi ⁊ conflari:
⁊ indigentibus dispensari. Domum vel
agrum siue villam nunquã emere voluit.
Multas etiam hereditates sibi dimissas
respuit: eo q̄ mortuorum filijs vel propin/
quis potius ip̄a deberi dicebat In his quo/
q₃ que ĩ ecclesia possidebat: intentus amo/
re vel implicatus non erat. sed die ac no/
cte de scripturis ⁊ rebus diuinis cogitabat
Fabricarum quoq₃ nouarum nunq₃ stu/
dium habuit: deuitans in eis implicatio/
nem sui animi quem semper liberum ha/
bere volebat ab omni molestia corporali ut
libere vacare posset continue meditationi
⁊ assidue lectioni. Non tamen illa edifica/
re volentes prohibebat nisi forte immode/
rate fieri conspexisset. Laudabat quoq₃
plurimum illos quibus moriendi deside/

rium inerat. ⁊ super hoc trium episcoporū
exempla sepius recitabat. Ambrosius eñ
cum in extremis esset: ⁊ rogaretur vt pro/
longationem vite sibi precibus obtineret
respondit. Non sic vixi vt me pudeat inter
vos viuere: nec mori timeo: quoniam bo/
num habemus dominum. Quod respon/
sum augustinus mirabiliter extollebat. ad
debat quoqꝫ de alio episcopo: cui dum dice
retur eum ecclesie multum necessarium fo
re. ⁊ ꝙ ideo adhuc eum dominus liberaret
ait. Si nunqꝫ bene: si aliquādo: quare nō
modo. De alio quoqꝫ episcopo aiebat ci/
prianum referre ꝙ cum infirmitate graui
laboraret adhuc sibi sanitatem restitui ex/
orabat. Cui iuuenis speciosus apparens
cum indignatione infremuit ⁊ ait. Pati ti/
metis: exire nō vultis: quid faciam vobis.
Feminarū nullam vnqꝫ: nec etiam ger/
manam: sororem: aut fratris sui filias: que
deo pariter seruiebant secum habitare per
misit. Dicebat enim ꝙ ⁊ si de sorore vel ne
potibus nulla mali posset oriri suspicio ta
men quia tales persone sine alijs sibi ne/
cessarijs esse non possent: ⁊ ad eas etiā alie
aduentarēt ex illis possent infirmiores aut
humanis temptatiōibus commoueri: aut
certe malis hominum suspitionibus infa/
mari. Nunqꝫ cum muliere solus loqui vo
lebat nisi secretū aliquod interesset. Con
sanguineis sic bene fecit non vt diuitias
haberent: sed vt aut nō aut minus egerent
Raro pro aliquo aut litteris aut verbis in
tercedere volebat: recolens quendam phi
losophum cōtemplatione fame amicis nō
multa prestitisse. Et sepe dicebat: plerum/
qꝫ potestas que petitur premit. Cum autē
id faciebat sic stilum temperabat. vt one/
rosus non esse: sed mereretur vrbanitate
dictaminis exaudiri. Volebat po/
tius inter ignotos qꝫ inter amicos causas
audire dicens quia inter illos poterat libe
re iniquum cognoscere: ⁊ vnum ex his ami
cum esse facturus pro quo scilicet iusticia
mediante sententiam daret. Ex amicis ve
ro esset vnū perditurus. scilicet contra quē
proferret sententiam. A multis ecclesijs in
uitabatur. ⁊ ibi verbuꝫ domini predicabat
⁊ multos ab errore conuertebat. Aliquan
do a proposito digressionem facere consue/
uerat in predicatione ⁊ tunc dicebat deum
hoc ad profectū salutis alicuius ordinasse
sicut in quodam manicheorū negociatore
patuit: qui in predicatione quadam augu
stini vbi ipse digressionem faciens contra
hunc errorem predicauerat conuersus fuit
Eo tempore dum gothi romam cepis/
sent ydolatre ⁊ infideles christianis pluri/
mum insultabant. Propter quod augusti
nus librum de ciuitate dei ꝯposuit. in quo
iustos in hac vita debere premi: impios au
tem florere ostendit. Ubi de duplici ciuita
te. scilicet hierusalem ⁊ babilone ⁊ earum
regibus ait: quia rex hierusalem christus:
rex babilonis diabolus. Quas duas ciui/
tates vt ibidem dicit duo amores sibi fa/
bricant: quia ciuitatem diaboli construit a
mor sui crescens vsqꝫ ad contemptum dei:
ciuitatē dei amor dei crescēs vsqꝫ ad ꝯtem
ptum sui. In diebus autem eius anno
scilicet domini quadringentesimoquadra/
gesimo vuandali totam africe prouinciaꝫ
occupauerunt vastantes omnia: nec par/
centes sexui ordini vel etati. Post hoc aūt
ad yponensem ciuitatem peruenerunt. et
ipsam manu valida obsederunt. Sub hac
tribulatione augustinus pre ceteris sue se/
nectutis amarissimam ⁊ lugubrem duxit
vitam. Fueruntqꝫ sibi lachryme eius pa/
nes die ac nocte. cum alios videret occisos
alios effugatos. ecclesias sacerdotibus vi/
duatas ciuitates cum accolis dissipatas.
Inter tot tamen mala cuiusdam sapientis
sententia se consolabatur dicentis. Non erit
magnus magnū putans ꝙ cadunt ligna
vel lapides ⁊ moriuntur mortales. Con/
uocatis autem fratribus dixit eis. Ecce ro
gaui dominuꝫ vt aut nos ab his periculis
eruat. aut patiētiā tribuat. aut me de hac
vita suscipiat. ne tot calamitates videre cō
pellar. Et ecce tertiū quod petiuit obtinu/
it: ⁊ tertiodecimo obsidionis mense febribus
laborans lecto decubuit. Intelligens aūt
dissolutionem sui corporis imminere septē
psalmos penitentiales sibi scribi fecit ipsosqꝫ
in loco contra parietem positos lecto de
cubans legebat. ⁊ vbertī ac iugiter lachry
mas fundebat. Et vt deo vacaret liberius
⁊ eius intentio a nullo impediri posset an

te decē dies sui exitus nullū ad se ingredi precepit. nisi cum medicus ingrederetur vel cum sibi refectio portaretur. H Quidā aūt eger ad eum venit. ⁊ vt sibi manū imponeret ⁊ ab infirmitate curaret ipm instanter rogauit. Cui augustinus respondit Quid est hoc fili quod loqueris Putas ꝙ si tale quid facere possem. mihi hoc ipum non conferrē. Ille aūt instabat asserens sibi in visione preceptū esse vt ad eum accederet. ⁊ sanitatē reciperet. Uidens aūt fidem eius pro ipo orauit. ⁊ sanitatē recepit Energuminos multos curauit: ⁊ plura alia miracl'a fecit. In libro vicesimo scdo de ciuitate dei duo miracula. de se tanꝗ̄ d quodā alio refert dicens. yponensem quādam virginē scio. que cum se oleo perunxisset. ⁊ pro illa orans presbyter lachrymas suas instillauerat mox a demone fuisse sanatam. In eodem etiam libro sic ait Scio etiam episcopū semel pro adolescente quē non vidit orasse. illūqꝫ ilico demonio caruisse. Nullum aūt dubiū videtur quin de se loquatur. sꝫ humilitatis causa seipm noluit nominare. In eodem quoqꝫ libro de ciuitate dei sic ait. ꝙ cum quidā infirmus incidi deberet. ⁊ de eius morte ob incisionē plurimū timeretur. ⁊ infirmus multis lachrymis deū exoraret. cum eo ⁊ pro eo agustin⁹ orauit. ⁊ sine incisione aliqua integram sanitatē recepit. Deniqꝫ dissolutione corporis appropinquante hoc memoriale docuit. nullū videlicet hominē quantūcunqꝫ excellentis meriti sine confessione ⁊ eukuristia debere transire. Ad extremā aūt horam veniens mēbris omibus sui corporis incolumis integro aspectu atqꝫ auditu anno etatis sue. LXXVII. episcopatus vero sui. xl corā posit⁊ fr̄ib⁹ ⁊ orantib⁹ migrauit ad dn̄m. Testamentū nullū fecit. q̄r vnde faceret pauper xp̄i nō habuit. Floruit circa annos dn̄i. CCCC. I Itaqꝫ augustinus sapiētie lumē prefulgidū propugnaculū veritatis ⁊ fidei munimentū. omes ecclesie doctores tā ingenio ꝗ̄ sciētia vicit. incōparabiliter florēs tā exemplis virtutū ꝗ̄ affluentia doctrinaꝝ. Unde ⁊ btūs remigi⁹ hieronymū ⁊ quosdā alios doctores cōmemorās sic ꝯcludit Hos omes doctores aug⁹. ingenio ⁊ sciētia sua vicit. Nam licet hieronym⁹. vi. milia volumina origenis se legisse fateatur. iste tm̄ tanta scripsit vt nō solum dieb⁹ ac noctib⁹ scribere libros eius quis nō possit sed nec legere quidem occurrat. Volusianus aūt cui augustin⁹ ep'lam scripsit. sic de eo dic. Legi dei deest quicquid aug⁹ ꝯtigerit ignorare. Hieronymus quoqꝫ in quadam ep'la scribēs augustino ait. Duobus libellis tuis eruditissimis. ⁊ omi eloquētie splendore fulgentib⁹ respondere nō potui. certe quicqd dici potuit. ⁊ assumi ingenio. ⁊ de scripturaꝝ hauriri fontib⁹. a te positū atqꝫ disertū est. Sed queso reuerentiā tuā parūper patiaris me tuū laudare ingeniū Hiero. etiā in libro de. xij. doctorib⁹ sic d eo scribit. Aug⁹ eps volans per montiū cacumina quasi aquila ⁊ ea q̄ sunt i montiū radicib⁹ nō ꝯsiderās multa celoꝝ spacia. terrarūqꝫ situs. ⁊ aquaꝝ circulū claro sermone pronūciat. Deniqꝫ in quanta eū reuerētia ⁊ dilectiōe hieronymus habuit. patet i ep'lis quas eidē misit. In quaꝝ vna sic dicit. Dn̄o sancto ac beatissimo pape augustino hieronymus. Omi quidē tpe beatitudinē tuā eo quo decet honore venerat⁹ sum ⁊ habitantē in te dilexi dn̄m saluatorē. Sꝫ nūc si fieri potest cumulo aliquid addim⁹ ⁊ plena ꝯplemus. vt absqꝫ nois tui mentione ne vnā horā quidē preterire patiamur. Idem in alia ep'la ad eundē Absit aūt vt quicqꝫ de libris beatitudinis tue attingere audeā. Sufficit eīm mihi mea probare ⁊ aliena nō rapere. Grego. quoqꝫ in ep'la ad innocentiū africe prefectū de eius libris sic ait. ꝙ expositionē sancti iob vobis trāsmitti voluistis v̄ro studio ꝯgaudemus Sed si delicioso cupitis pabulo saginari. bti aug. ꝯpatriote vestri opuscula legite ⁊ ad ꝯparationē illius similaginis nostrū furfurem nō queretis Idem quoqꝫ in registro sic ait. Legitur ꝙ beatus augustinus nec cū sorore sua mea sunt: sorores mee nō sunt. Docti ergo habitare ꝯsensit dicens: Que cum sorore viri cautela: magna nobis debet esse instructio. In prefatiōe quoqꝫ ambrosiana sic legitur. Magnificentiā tuā in mortificatōe augustini adoramus: tua in omnibus operante virtute. vt nullis promissis blandimento-

rum fallacium vir tuo ignitus spiritu vin
ceretur quia cum ita om̄i genere pietatis
imbueras vt ip̄e tibi ara ⁊ sacrificium ⁊ sa
cerdos esset ⁊ templuꝫ. Beatus igitur pro
sper in tertio libro de vita contemplatiua
sic de eo dicit. Sanctus augustinꝰ episco/
pus acer ingenio. suauis eloquio secularis
litterature peritus. in ecclesiasticis labori/
bus operosus. in quottidianis disputatio/
nibus clarus. in om̄i sua actione composi/
tus. in questionibus soluendis acutus. in
conuincendis hereticis circumspectus in
expositione fidei nostre catholicus. in ex/
planandis scripturis canonicis cautus.
Bernardus quoqꝫ sic de eo scribit. Augu
stinus hic est validissimus malleus here/
ticorum. R Post hoc aūt cum barba
ra gens terram illam occupasset. ⁊ sancta
loca prophanaret. fideles corpus augusti/
ni ceperunt. ⁊ ip̄m in sardiniam transtule
runt. Transactis aūt ab eius obitu annis
ducentetisoctuaginta circa annos domi/
ni. DCCXVIII. liprandus deuotꝰ lōgo/
bardorum rex audiens sardiniam a sara/
cenis depopulatam. solennes illuc nunci/
os misit vt doctoris sancti reliquias papi
am deferrent. Qui magno precio dato cor
pus sancti augustini tulerunt. ⁊ ip̄m vsqꝫ
ianuā deportauerunt. Quod deuotus rex
audiens. vsqꝫ ad predictā ciuitatem cum
magno gaudio eidem obuiauit ⁊ reueren/
ter excepit. Cum aūt mane vellent corpus
deducere. nullo modo de loco moueri potu
libro cõmemorat .andreas fundane ciui
tatis ep̄s. dum q̄ndam sctimonialē femi/
nam secum habitare ꝑmitteret. antiquus
hostis cepit illius speciē oculis mentꝫ eiꝰ
imprimere vt in lecto nephãda cogitaret
Quadam ꝓo die iudeus quidã rhomaꝫ
veniens. cum iam diem declinare cerne/
ret ⁊ vbi manere posset mime repisset .in
quodam templo apollinis ad manenduꝫ
se ꝯtulit. Qui ipsum loci illius sacrilegiũ
ꝑtimescens. q̄uis fidem crucis mime ha/
beret. signo crucis tñ se munire curauit.
Nocte autem media euigilans vidit ma
lignoꝝ spirituũ turbam quasi in obsequi/
um cuiusdã potentis preire.. Cunctꝫ q̄ ce/
teris ꝑerat in eoꝝ medio ꝯsederet. cepit
singuloꝝ spirituũ sibi obseq̄ntiuꝫ causas
actusꝗ discutere. q̄tenus vnusq̄sꝗ q̄tuꝫ
egisset nequitie inueniret. Modũ autem
huius discussiõis gregoriꝰ causa breuita/
tis ꝑtransit. Sed ex simili exemplo quod
legitur in vitaspatrũ innotescere potest.
Nam dum quidam in templũ idoloꝝ in/
trasset. vidit sathanã sedentē ⁊ oēm eius
militiã ei assistentē. Et veniens vnus de
malignis spiritibꝫ adorauit eum. Cui ille
Unde venis. Et ille. In illa ꝓuincia fui
et ibi bella plurima suscitaui ⁊ ꝑturbatio
nes multas feci. ⁊ sanguinē copiosum ef/
fudi. ⁊ veni nũciare tibi. Et sathan ait. q̄n
to tempore hoc fecisti. Et ille. In triginta
diebus. Et sathan. Quare tanto tp̄e hoc
fecisti. Et ait assistentibꝫ. Ite ⁊ flagellis
eum cedite ⁊ durius ꝟberate. Et scd̄s ve
niens adorauit eum dicēs: In mari dñe
eram ⁊ cõmotiones maximas excitaui: ⁊
naues multas demergēs. hoīes q̄plures
occidi. Et ait: q̄nto tp̄e hoc fecisti. Et ille.
In viginti diebꝫ. Et iussit hũc simılit̄ fla/
gellari dicēs: Ita modicũ tanto tp̄e labo/
rasti. Et tertius veniēs ait: In quadaꝫ
ciuitate fui. ⁊ rixas in q̄busdã nuptijs ex/
citaui ⁊ multaꝫ sanguis effusionē feci .et
sponsum ipsum occidi ⁊ veni nũciare tibi
Cui dixit: q̄nto tp̄e hoc fecisti. Et ille. In
decem diebꝫ. Et ille ait: Nõne plura ĩ tot
diebꝫ opatus es. Et iussit eũ a circũstan/
tibus verberari. Et q̄rtus veniēs ait: In
heremo mansi ⁊ ꝑ q̄draginta ãnos circa
quendã monachũ laboraui ⁊ vix tandem
ipsum in lapsum carnis ꝑcipitaui. Qđ
sathan audiēs de solio suo surrexit ⁊ eum
osculans đ capite suo coronã abstulit ⁊ ca
piti illius imposuit. ac ipsum secũ ꝯsede/
re fecit dicēs: Magnã rem fortiter egisti.
et plus oībus laborasti. Hic igit̄ vel simi
lis pōt esse modus illius discussiõis queꝫ
gregoriꝰ ꝑtermittit. Cũ ergo singuli spũs
exponerēt quid egissent vnus in mediũ ꝓ
silijt ⁊ q̄ꝫta carnis temptatiõe de illa san/
ctimoniali femina andree animũ cõmo/
uisset apuit. Addens q heri hora vespa/
rum vsꝗ ad hoc eius mentē traxerit vti
tergum eius blandiēs alapã daret. Tũc
malignus spũs eum hortatus est: vt ꝑfi/
ceret qđ cepisset. vt illius ruine singularē
inter ceteros palmam teneret. Precepitꝗ
vt quererēt quisnã esset ille qui iacere in
templo eodem ꝑsumpsisset. Cum autem
ille vehementius palpitaret ⁊ missi spũs
eum crucis mysterio signatũ viderent. ter
riti clamauerũt. Vere vas vacuũ sed sig̃
tum. Ad hanc vocem ꝓtinus illa malig/
rum turba disparuit spirituũ. Judeꝰ au/
tem ꝯcitus ad ep̄m venit. ⁊ ei oĩa ꝑ ordi/
nem enarrauit. Qđ ille audiens vehemē
ter ingemuit. ⁊ oēm mulierē a domo sua
et vicinia ꝓtinus remouit ⁊ iudeũ bapti/
zauit. Refert quoꝗ Gregꝰ. in li. dialo.
q quedam sctimonialis hortum ingredi/
ens ⁊ lactucam ꝯspiciens ꝯcupiuit eam.
que signo crucis bñdicere oblita auide
momordit. Sed arrepta a diabolo ꝓtinꝰ
cecidit. Cum autem beatus eq̄nus ad eã
venisset diabolus clamare cepit ac dicere
Ego quid feci. ego q̄d feci. Sedebam hic
sup lactucam illa venit ⁊ momordit me.
Ad imperiũ autem ꝑdicti viri diabolus
mox de ea exiuit Legitur in histo. eccle
sia. q gentiles ꝑ alexandriã arma serapꝭ
in parietibꝫ depinxerant. Theodosiꝰ ꝓ il
lis deletis signũ crucis depingi manda/
uit. Quo viso gentiles ⁊ sacerdotes ido/
lorum baptizati sunt. dicentes traditum
esse ab antiquis q ea que colebant starēt
donec veniret signũ illud in quo est vita.
Quedam tunc littera apud illos quam
sacram vocabant. habebat formam cru/

eis quam dicebant interpretari vitam futuram.

CXXXI A

De sancto Johanne chrysostomo

Johannes cognomine chrysostomus antiocenus filius secundi et anthure nobilium fuit. Cuius vita genus conversatio et persecutio in historia tripartita plenius declaratur. Qui cum philosophie studium impendisset. tandem hanc deserens divinis lectionibus incumbebat. Qui presbyter ordinatus propter castitatis zelum severior habebatur et fervori magis quam mansuetudini serviebat. Et propter vite rectitudinem incautus ad futura prospicere nesciebat. In confabulatione arrogans a nescientibus putabatur. In docendo erat precipuus. in exponendo egregius ad mores coercendos optimus. Regnantibus igitur archadio et honorio augustis et damaso in rhomana sede presidente factus est episcopus. Qui dum vitam clericorum repente corrigere voluit. omnes in sui odium concitavit. et eum velut furiosum declinabant: et apud omnes ei detrahebant. Et quia nunquam aliquem ad prandium invitabat. nec ab aliquo invitari volebat. dicebant eum hoc ideo facere quia turpiter manducaret. Alii propter excellentem et exquisitum usum ciborum hoc eum facere predicabant. Revera autem propter abstinentiam stomachum et caput sepe dolebat: et ideo prandiorum epulas evitabat. Populus autem propter sermones quos in ecclesia faciebat eum plurimum diligebat. parvipendens que contra eum emuli loquerentur. Apposuit quoque iohannes et quosdam procerum obiurgare. et ideo contra eum maior invidia est accensa.

Aliud quoque fecit quod cunctos valde commovit. Eutropius namque prepositus imperatoris et habens consulis dignitatem. volens in quibusdam ad ecclesiam fugientibus se vindicare. studuit ut lex ab imperatore poneretur. ut nullus ad ecclesiam confugeret. immo qui dudum refugerant extraherentur. Post paucos autem dies cum eutropius regem offendisset. ad ecclesiam mox confugit. Episcopus autem hoc audiens ad eum sub altari latitantem accessit. et omeliam increpatoriam contra eum faciens ipsum durissime obiurgavit. Ex qua re multos offendit eo quod homini infelici non solum noluit misericordiam impendere. sed insuper non destitit obiurgare. Imperator ergo eutropium rapiens. eius caput abscidit. Pro diversis igitur causis multos homines fiducialius obiurgabat et ideo erat plurimis odiosus. Theophilus autem alexandrinus episcopus iohannem deponere volebat. et presbyterum quendam nomine isidorum intrudere affectabat: et ideo causas depositionis diligenter querebat. Populus autem defendebat iohannem: et eius doctrina mirabili aviditate pascebatur. Sacerdotes quoque iohannes secundum ecclesiasticas sanctiones vivere cogebat. dicens non debere frui honore sacerdotii qui eorum vitam contemnerent imitari. Non solum autem civitatem constantinopolytanam strenue gubernabat. sed et plures circumadiacentes provincias imperiali auctoritate, providis legibus ordinabat. Cumque cognovisset in fenice adhuc demonibus sacrificia ministrari. clericos illuc et monachos destinavit. omniaque templa idolorum destrui fecit. Eodem tempore gaymas quidam erat genere celticus. consilio barbarus. studio tyrannico vehementer elatus arriana heresi depravatus. magister tamen militum factus. Hic imperatorem rogavit ut intra civitatem sibi suisque ecclesiam unam daret. Quod cum promisisset. rogavit iohannem: ut ecclesiam unam illi concederet. ut sic eius tyrannidem refrenaret. At Johannes virtute fortissimus ac totus zelo ignitus. noli inquit o imperator hoc promittere. nec sanctum canibus dare. nec hunc barbarum metuas. Sed ambos nos iube vocari et sub silentio inter nos que dicuntur audi. Ego namque huius linguam sic refrenabo. ut huiusmodi petere non presumat. Quod audiens imperator gavisus est. et utrunque altera die vocavit. B Cumque gaymas unum pro se oratorium peteret. ait Johannes. Ubique tibi divina domus aperta est ut nullus te vetet orare. At ille. Ego alterius secte sum. et unum templum cum meis habe-

re deposco. Multos quidem pro rhomana republica labores assumpsi. ⁊ ideo nō debeo in mea petitiōe ꝯtemni. Cui iohānes. Plurima premia ⁊ que transcēdūt tua certamina recepisti. Magister militum factus es. ꝯsulari toga insuꝑ exornatus ⁊ oportet te ꝯsiderare quid dudū fueris ⁊ qualis modo ꝯspiciaris. Que prisca pauꝑtas ⁊ que modo substātia. Quibus vestimentis ante vtebaris: ⁊ qbꝰ ornaris modo. Igitur quia pauci labores maxima tibi premia ꝯtulerunt. ꝯtra honorantem te non sis ingrtus. His sermonibus eius os obstruxit. ipsumqꝫ compulit vt taceret. Dum igitur ꝯstantinopolitanā vrbem strēnue gubernaret. gaymas imperiū ambiens cum in die nihil agere posset nocte barbaros misit ꝙ palatium ꝯcremarent. Tunc aperte monstratum est quō sanctus iohānes custodiebat ciuitatem. Barbaris eni angeloꝝ armatoꝝ ingens corpus habentiū copiosa turba apparuit que ipsos ꝓtinus effugauit. Quod cum dn̄o suo nūciassent. ille valde miratus est sciens exercitum militū ꝑ ciuitates alias ꝯstitutum. Cum igitur sequenti nocte eos iterum destinasset. a visione angeloꝝ sunt similit̄ effugati. Nouissime ille egressus miraculū vidit ⁊ fugit. estimans milites in die latere ⁊ nocte ciuitatē custodire. Egressus inde ad traciam iuit: ⁊ magno ꝯgregato exercitu cūcta vastabat. timentibꝫ cunctis barbaricam feritatē. Imꝑator ergo iohāni sanctissimo onus legatiōis imposuit. Ille āt inimicitiaꝝ imemor alacriter est ꝓfectus Gaymas ꝟo agnoscens eius fiduciā pietate assumpta longo itinere eidem occurrit suisqꝫ oculis dexteram eius circūposuit. ⁊ filios suos sacra eius genua osculari precepit. Huius nanqꝫ virtutis iohānes fuit vt etiaꝫ valde terribiles humiliari cogeret ⁊ timere. ¶ Eodem qꝫ tempore questio mota est vtrum deus corpꝰ haberet. ex qua questione ꝯtentiōes ⁊ certamina surrexerūt alijs hoc alijs aliud affirmantibus. maxime tamen monachoꝝ turba simpliciū est decepta. dicentiū deū forma corporea esse distinctū. Theophilus autem ep̄s alexandrinꝰ ꝯtrariū sapiebat ita vt in ecclesia ꝯtra eos qui humane forme deum asseruerāt ꝯtenderet ⁊ deū incorporeum predicaret. Qd̄ egyptioꝝ monachi agnoscētes habitacula sua reliquerunt. ⁊ alexandriā venientes seditionem ꝯtra theophilū excitarūt ita vt eum occidere niterent̄. Qd̄ ille cognoscens ⁊ timēs ait illis. Sic vos inq̄t video sicut dei vultum. Et illi si vere inquiūt dicis. q̄ vultꝰ dei sic est vt noster. anathematiza libros origenis qui nostre opinioni aduersant̄. Qd̄ si non fecerꝫ. qui imꝑatoribꝫ ⁊ deo rebellis es a nobis opprobriū sustineb. Et ille. Nolite in me seuire. Ego quidem q̄ vobis placent facio. Et sic monachos a suo impetu reuocauit. Exercitati ꝟo ⁊ ꝑfecti monachi in hoc seducti non sunt. sed simplices ardore fidei ꝯtra fratres ꝯtrarium sapientes insurrexerūt ⁊ multos occidi fecerunt. Dum hec in egypto fierent iohānes apud ꝯstantinopolim doctrina florebat. ⁊ apud omēs admirabilis habebatur. Uerum cum arriani plurimū pullularent ⁊ extra ciuitatē ecclesiā haberēt. sabbato tamē ⁊ dn̄ica intra portas ⁊ porticus ꝯgregati hymnos ⁊ antiphonas nocte cantabāt. Diluculo autem cum ipsis antiphonis ꝑ mediam ciuitatem portas egressi ad suam ecclesiā ꝯcurrebant. Hec autem ad vituꝑationē ortodoxoꝝ facere non cessabant. freq̄nter hoc decantantes. Ubi sunt qui dicunt tria virtute vnum Johannes autem metuens ne simplices his cantibꝫ traherent̄. instituit vt fideliuꝫ turba nocturnis hymnis insisteret vt ⁊ illorum opus obfuscaret̄. ⁊ fideliuꝫ ꝓfessio firmaretur. Fecitqꝫ cruces argenteas que cum argenteis cereis portabant̄. Tūc arriani zelo accensi inuidie vsqꝫ ad necē insurgunt. Una igitur nocte petra ꝑcussus est brison eunuchus auguste. q̄ ad hymnos exercendos a iohanne fuerat deputatus. Sed etiam quidam de populo vtriusqꝫ partis extincti sunt. Ex his motꝰ imperator ꝓhibuit arrianos hymnos publice decantare. Eo tempore seuerianꝰ gabalensis ep̄s honorabilis apud multos ꝓceres ⁊ ab ipso imꝑatore ⁊ augusta multum dilectus ꝯstātinopolim venit ⁊ a iohanne gratanter susceptus est. Cūqꝫ io-

hannes asyam prexisset: suam eidē ecclesi/
am cōmendauit. Ille aūt nō fideliter am/
bulabat sed semetipm̄ populo cōmenda/
bat. Serapion aūt clericus iohannis hoc
iohanni studuit nunciare. Transeunti au
tē seueriano nō assurrexit Serapion. Ille
aūt indignat⁹ clamauit. Si serapion cle/
ricus non mortuus fuerit christus in hūa/
na natura natus non est. Hec audiēs io/
hannes rediit: ꝛ ipm̄ tanq̄ꝫ blasphemum
de ciuitate eiecit. Quod auguste multuꝫ
displicuit ꝛ ipm̄ reuocari fecit rogans Jo
hannē vt ipm̄ sibi reconciliaret. Qui nul/
laten⁹ acquieuit donec augusta filium su
um Theodosium eius genubus impone
ret supplicans ꝛ coniurans vt seuerianum
reconciliaret. D Eodem q̊ꝫ tempore
Theophilus Alexandrianus episcopus
dyoscorū virum sanctissimuꝫ ꝛ ysidorum
prius sibi amicissimū iniuste eiecit. Qui
constantinopolim venerunt vt principi et
Johanni eius facta narrarent. Johānes
aūt eos quideꝫ honorabat. sed ante cause
cognitionē cū eis participare nolebat. Fal
sus tamē rumor ad Theophilū venit ꝙ
Johannes cū illis cōmunicaret. ꝛ eis au/
xiliū ferret. At theophilus indignat⁹. nō
solū in illos vindictā exercere sed Johan/
nē deponere fortiter se armabat. Celās igi
tur intentionē suā misit ad singularū epi
scopos ciuitatū dicens se Origenis velle
libros damnare. Epyphaniū q̊ꝫ epm̄ cy/
pri virū sanctissimū ꝛ famosissimū circū/
uenit ꝛ amicū fecit, rogans vt ꝛ ipe simil'r
libros Origenis damnaret. Epiphani⁹
ꝓpter sui sanctitatē eius fallacias nō attē/
dens apud cyprū suos episcopos conuoca
uit ꝛ lectionē Origenis interdixit. rogās
Johanneꝫ ꝑ literas vt se ab horū lectione
librorū suspenderet. ꝛ que ordinata fuerāt
confirmaret. Johannes aūt hoc paruipē/
dens in doctrina ecclesiastica laborabat. ꝛ
in ea florebat: nihilq̄ꝫ de his que ꝯtra eum
cogitabant curabat. Demuꝫ theophilus
odiū diu celatū manifestauit. ꝛ se velle Jo
hannē deponere indicauit. Mox inimici
iohānis multiq̄ꝫ clerici ꝛ ꝓceres palatij tē
pus oportunū inueniētes. nitebant vt con
tra iohēꝫ apud ꝯstantinopolim ꝯciliū fie/
ret. P⁹h aūt epiphani⁹ ꝯstantinopoliꝫ ve
nit: damnationē librorū Origenis secū fe/
rens. ꝛ inuitationē iohānis causa theophili
declinauit. Et quidā ꝓpter epiphanij reue
rentiā dānatōni librorū Origenis subscri
bebant. plīmi aūt h̄ facere recusabant. q̊rū
vn⁹ fuit theotin⁹ sichie p̄sul vir rectitudine
vite famosissim⁹. Qui ita rn̄dit. Ego inq̄t
o epiphani ei⁹ q̄ dudū bn̄ requieuit. iniurias
nō fero. neq̄ꝫ rem blasphemā tēptare p̄su/
mo. dānans ea que ṗores nr̄i respuere no/
luerūt. Nā neq̄ꝫ malam doctrinā in libris
ei⁹ esse ꝯspicio. Qui his ꝯtumelias iferūt
nesciūt semetipos. Athanasius aūt defen
sor Niceni ꝯcilij ꝯtra arrianos testem
sue fidei hūc virū appellat: illius libros su
is cōiungens ꝛ dicens. Mirabilis inquit
ꝛ laboriosissimus Origenes h̄ de filio dei
nobis testimoniū ꝑhibet. asserens coeter/
nū eum patri. Johēs aūt indignatus nō
est cur absq̄ꝫ regulis in eccl'ia sua epipha/
nius ordinationē fecerit. Sed tn̄ rogabat
vt inter ep̄os cū eo maneret. At ille nec se
cū eo manere nec orare rn̄dit. nisi dyoscorū
eijceret. ꝛ dānatōni librorū origenis sb̄scri
beret. Johāne h̄ facere renuente. aduersus
iohēꝫ ab eius inuidis Epiphani⁹ incitat.
Vn̄ epiphani⁹ libros Origenis dānauit.
ꝛ dyoscorū adiudicauit. ꝛ iohi tanq̄ꝫ horū
defensori detrahere cepit. Cui iohēs mā/
dauit. Cōtra regulas mlt'a fecisti o epipha
ni. Primū q̄r ordinatōeꝫ fecisti in ecclesia
sub meo iure constituta. Deinde q̄r in ea
autoritate ꝓpria sacra celebrasti. Et rurs⁹
q̄r iuitatus excusasti. ꝛ nūc denuo q̄r in te/
ipsuꝫ ꝯfidis. Quapropter obserua ne ī ꝓplo
seditio oriat. ꝛ hui⁹ rei ꝑiculū ipse suscipi/
as. Hoc aūt audiēs epiphanius discessit
Qui cū ad cyprū reuersurus eēt: mādauit
Johāni. Spero q̄r ep̄us nō morieris. At
ille remādauit. Spero q̄r ad patriā tuam
nō redibis. Qđ sic euenit. Nā epiphani⁹
in via obijt. Et iohēs postmodū de ep̄atu
depositus in exilio vitā finiuit E Ad
sepulcrū aūt hui⁹ epiphanij viri sanctissi/
mi demones expellunt. Fuit aūt vir mire
liberalitatis ad paupes. Qui cū quadaꝫ
vice totā eccl'ie pecuniā erogasset: ꝛ nihil
sibi remansisset. q̄dā subito veniēs saccu/
lū mlt'arū pecuniarū sibi obtulit ac disces/
sit. Nec vn̄ venerit aut q̄ abierit scitū fuit

Paupes q̇dā volentes epiphaniū deci
pere vt aliq̇d eis daret. vn⁹ eoꝝ supinū se i
terra ꝓstrauit. alter sup eū stans q̄si mor/
tuū flebat. ⁊ ꝙ nihil vn̄ euz sepelire posset
haberet. querulis vocibus clamabat. Epi
phanius igiẗ supueniēs vt in quiete dor/
miret orauit. ⁊ seplture necessaria mīstra/
uit. Hominemq̧ cōsolatus abijt. Ille aūt so/
ciuz pulsans dicebat. Surge hodie tuis
laboribus epulemur. Quē cū crebro pul/
sasset. ⁊ mortuū agnouisset. ad epiphaniū
cucurrit ⁊ quid acciderit nunciauit: ac vt
eū resuscitaret rogare cepit. Ille aūt beni/
gne eū ꝯsolatus est. nō tn̄ eū resuscitare vo
luit ne ministris dei facile illudaẗ. Ve/
rū cū epiphani⁹ discessisset relatū est iohā
ni ꝙ eudoxia augusta ꝯtra eū Epiphani/
um incitasset. Qui solito zelo accensus ser
monē ad ꝑplm fecit. qui cunctarū mulie/
rū vituperationē oīmodam continebat.
Hic sermo ab omnibus est acceptus. vt q̄
si cōtra Augustā sit ꝓlatus. Qđ cū augu
sta cognouisset impatori conquesta est di/
cens ꝯtumeliā illatā vxori in eū potius re
dūdare. Motus ad hec impator ꝯtra io/
hannē p̄cepit sinodū celebrari. Theophi/
lus igiẗ festine ep̄os ꝯuocabat. Omnesq̧
iohānis inimici alacriẗ ꝯfluebāt. supbuz
⁊ impiū eū vocātes. Uniuersi igiẗ episco/
pi apud cōstantinopolim constituti nō iā
de libris Origenis tractabant. sz ꝯtra io/
hannē se manifesti⁹ erigebant. Mittētes
igiẗ ꝓ iohāne ip̄m citauerūt. q̇ eos velut in
imicos vitare censuit. ac vniuersalez sino/
dū fieri ꝓclamauit. Illi ꝟo quater eum de
nuo citauerunt. Qui cū eos refugeret ⁊ si
nodū fieri ꝓclamaret. dānauerūt eū. in nl/
lo eū culpātes nisi ꝙ vocatus noluit obedi
re. Qđ ꝑpls audiēs ad seditōes maximas
excitatus est. ⁊ eū trahi ab eccl'ia non sine/
bat. sz vt h̄ ad mai⁹ referreẗ ꝯciliū procla/
mabat. Jussio aūt principis compellebat
eū velociter eijci. ⁊ in exiliū deportari. Jo/
hānes aūt timēs ne seditio in ꝑplo orireẗ.
nesciēte ꝑplo semetip̄m tradidit in exiliuz
deferendū. Qđ cum ꝑpls cognouisset im
portabilis seditio est exorta. ita vt etiā ml'
ti inimicoꝝ ei⁹ ad misc͛diam mouerenẗ. di
centes eū calumniā passuz quē paulo an/
te desiderabāt videre depositū F Se

uerianus aūt de quo supra sermo habit⁹
est. in eccl'ia docēs Johāni detrahebat di/
cens. Et si nullū aliud crimē haberet. ei⁹
tamē supbia depositōis ei⁹ causa sufficiēs
esse posset. Orta igiẗ ꝯtra impatorē ⁊ epi/
scopos imensa seditōne in ꝑplo. Augusta
impatorē rogauit, vt iohannē de exilio re/
duci faceret. Terremotus q̊z maximus ci
uitatē inuasit dicētibus cunctis h̄ accide/
re ꝓpter iniustā eiectionē iohānis. Missi
igiẗ sunt legati ad iohannē rogantes. vt ci
to rediret. ⁊ ciuitati ꝑeunti suis oꝛonibus
subueniret. ⁊ i ꝑplo seditionē excitatā seda
ret. Alij q̊z post illos. ⁊ rursus alij destina
ti sunt qui eū cito redire cōpellerent. Qui
eū redire nolentē ad ꝓpria cito reduxerūt.
ei dē cū cereis ⁊ lampadibꝫ vniuerso popu
lo occurrente. Ipse aūt in episcopali sede
residere nolebat. dicens oportere hoc fieri
iudicio sinodali. ⁊ eos qui dānauerant su
am sententiā reuocare. Populus aūt mi/
ro modo accendebaẗ eū in episcopali sede
residentē videre. ⁊ verba doctoris audire.
Preualuit igiẗ ꝑplus: coactusq̧ est sermo
nē facere ad ꝑplum ac in sua cathedra re/
sidere. Theophilus igiẗ aufugit. Qui cū
ierapolim aduenisset. mortuus est eiusdez
ciuitatis ep̄us. ⁊ ibi Lamon sanctissimus
monachus est electus. At ille cū crebro re
fugeret ei theophilus suadebat vt sue ele/
ctioni ꝯsensum preberet. Tūc ille ꝓmisit
dicēs. Cras quod dn̄o placet implebitur.
Crastina ergo die venientes ad cellaz su/
am eū vt episcopatū susciperet instāter ro
gabant. qui ait. Oremus primo ad dn̄m
Qui dū oraret. mox cū ip̄a oꝛone terminū
vite suscepit. Johānes itaq̧ doctrie sedu/
le insistebat. Eo aūt tp̄e statua argentea
clamide circū amicta. in platea iuxta eccle
siam sancte Sophie ad honorez eudoxie
auguste cōstituta erat. vbi milites ⁊ proce
res lusus publicos exercebant. Quod q̇dē
iohi plurimū displicebat. cū videret hoc
ad ecclesie spectare iniuriam. G Con
sueta igiẗ fiducia rursus linguā suam ar/
mauit. Et cum oporteret principes suppli
cationis verbo deflectere vt a tali lusu re/
cederent hoc non fecit. sed impetu sui vsus
eloquij iubentes fieri talia maledicebat
Augusta vero rursus ad suam hoc trahe

bat iniuriam. et denuo laborabat vt aduersus eum sinodus iterum celebraretur. Hoc sciens Johannes illam famosissimam in ecclesia protulit omeliam cuius initium est: Rursus herodias insanit. rursus turbatur. denuo saltat. denuo caput iohannis in mensorio concupiscit accipere. Quod factum ad iracundiam plus incitauit augustam. Dum autem quidam Johannem vellet occidere a populo est comprehensus. et ad iudicandum traditus. Sed a prefecto ne occideretur ereptus est. Quidam etiam seruus cuiusdam presbyteri in eum impetum faciens ipsum occidere molitus est. Qui dum a quodam teneretur. ipsum qui tenebat. et alium astantem et tercium percussit. Tunc clamore facto multis concurrentibus plurimos interfecit. Ex illo tempore populus iohannem custodiebat. eius domum diebus ac noctibus muniens. Suadente igitur Augusta episcopi constantinopolim conuenerunt. et accusatores Johannis fortiter insistere ceperunt. Cum autem festiuitas natalis domini superuenisset. mandauit imperator iohanni quia nisi prius criminibus exueretur non communicaret eidem. Episcopi autem nihil contra eum repererunt nisi quod post depositionem residere in sede episcopali sine decreto concilij presumpsisset Et sic damnauerunt eum. Appropinquante tandem solennitate paschali mandauit ei imperator non posse secum in ecclesia manere. cum eum duo concilia condemnassent. Vacabat igitur Johannes et nequaquam in ecclesiam descendebat. Illi qui Johanni fauebant Johannite dicebantur. Post hoc autem imperator Johannem de ciuitate expelli fecit. ac duci in exilium in quandam ciuitatem paruam vbi fines sunt ponti imperijque romani. que loca crudelibus barbaris sunt vicina. Sed clemens dominus non permisit diu in locis talibus athletam suum fidelissimum commorari. Hoc Innocentius papa audiens moleste ferebat. volensque concilium celebrare scripsit clero constantinopolitano ne iohanni successorem aliquem ordinarent. Cum igitur longo fuisset itinere fatigatus. et dolore capitis vehementissime cruciatus. nec non et ardorem solis intolerabilem pateretur sancta illa anima in cumanis. XIIII° die mensis septembris e carne soluta est. Quo defuncto grando vehemens in constantinopolim et omnia suburbana descendit dicentibus cunctis hoc dei iracundia gestum esse eo quod iniuste iohannes fuerit condemnatus Quibus verbis fidem fecit mors auguste protinus subsecuta. Quarta nanque die post grandinem est defuncta. Mortuo quoque omnium doctore terrarum. occidentales episcopi cum orientalibus nullatenus communicare voluerunt. donec illius sacratissimi viri nomen inter predecessores episcoporum poneretur. Verum theodosius christianissimus filius predicti archadij. qui aui sui nomen et pietatem tenebat. sacras huius doctoris reliquias in mense ianuario in regiam ciuitatem transferri fecit. Cui fidelissimus populus cum lampadibus et cereis obuiauit. Theodosius autem suppliciter eius adorans reliquias pro archadio et eudoxia genitoribus supplicauit vt ignoranter delinquentibus veniam condonaret. Dudum enim parentes eius mortui fuerant Hic theodosius clementissimus fuit. adeo vt nullum se ledentium morti adiudicaret dicens. Vtinam esset mihi possibile ad vitam etiam mortuos reuocare. Eius curia monasterium videbatur matutinas laudes agebat codices diuinos legebat. Huic erat vxor nomine eudoxia que heroyco metro poemata multa confecit. Habuitque filiam nomine eudoxiam quam Valentiniano quem imperatorem fecerat dedit vxorem. Hec omnia de hystoria tripartita extracta sunt. Mortuus est autem circa annos domini CCCC.

CXXXII

De sanctis Cornelio et Cypriano

Cornelius interpretatur intelligens circumcisionem. Ipse enim intellexit et intelligendo seruauit circumcisionem a superfluis licitis et etiam necessarijs. Vel cornelius dicitur a cornu. et leos quod est populus. quasi cornu. i. fortitudo populi. Cyprianus dicitur a cypro quod est mixtura. et ana quod est sursum. Vel dicitur a cypro quod est mesticia vel hereditas. Ipse enim habuit supernam mixturam gratie et virtutum: mesticiam peccatorum: et hereditatem celestium gaudiorum.

Cornelius papa successor sācti
Fabiani a Decio cesare cū suis
clericis in exiliū relegaf. Ibiqꝫ
a sctō cypriano carthaginē. epi
scopo literas confortationis accepit. Tā/
dē de exilio reductus Decio ꝑsentaf. et
dum imobilis ꝑmaneret. iussit eum Deci
us plumbatis cedi: precepitqꝫ vt ad tem/
plū martis ducereƒ: vt ibi aut sacrificaret
aut sententiā capitalē subiret. Cū ergo il/
luc ducereƒ. miles quidā rogauit eū vt ad
domū suā diuerteret: ⁊ ꝓ vxore sua. Salu
stia que ꝑ quinqꝫ annos paralitica iacebat
oraret. Que dū ad orationez eius sanata
esset. XX. milites cū ipa ⁊ viro suo domio
crediderunt: Qui omes iubente decio ad
templū martis deducti. ⁊ in illud expuen/
tes cū sancto Cornelio martyrizati sunt.
Passus est aūt circa annos dñi. CCLIII
Cyprianus aūt carthaginen̄. episcopꝰ
in eadē ciuitate patrono proconsuli ꝑsen/
taf Qui cuz a fide nullatenus mutari pos
set: in exilium mittif. Indeqꝫ reuocatꝰ ab
anglirico proconsule: qui patrono successe
rat: sententiā capitalem accepit. Qua sen
tentia lata dixit Cyprianus Deo gratias
Cū aūt ad locum cum spiculatore venissꝫ
precepit suis vt eidez spiculatori pro mer/
cede. XV. aureos darent. Accipiensqꝫ lin/
theuz: manu sua oculos texit. ⁊ sic coronā
suscepit circa annos dñi. CCLVI.

CXXXIII A

De sancta Eufemia

Eufemia dicitur ab eu
quod est bonū. ⁊ femina. quasi
bona femina. i. vtilis: honesta ⁊
delectabilis qr hoc triplici mo/
do dicif bonū. Fuit eñ vtilis aliis ꝑ cōuer
sationem. honesta sibi ꝑ morū compositio
nem. delectabilis deo ꝑ celestem contēpla
tionē. Vel eufemia dicif quasi eufonia qꝺ
est suauis sonoritas. Suauis aūt sonꝰ fit
tribus modis. scꝫ voce vt in cantu. pulsu
vt in cythara. flatu vt in organo. sic beata
eufemia fecit deo dulcem sonū cū voce ꝑ/
dicationis. cum pulsu bone oꝑatōis. ⁊ cuz
flatu interne deuotionis. B

Eufemia filia senatoris videns
christianos tempe Dyocleciani tam diuersis penis laniari. ad priscum
iudicem properauit. ⁊ christū publice con
fitens exemplo sue ꝯstantie etiā viroꝝ ani
mos confortabat. Cum igif iudex christi/
anos successiue occideret. alios presentes
esse iubebat vt saltem territi imolarent. dū
constantes tam crudeliter laniari viderēt
Cū ergo corā eufemia sanctos crudeliter
detruncaret. ipa eoꝝ constantia amplius
ꝓuocata iniuriā a iudice se pati clamabat
Tunc iudex gauisus est: putans eam sa/
crificiis velle consentire. Unde cuz ab ea
quam sibi iniuriam faceret requisisset. illa
ait. Cum sim genere nobilis. cur mihi ig/
notos ⁊ aduenas anteponis ⁊ priores fa/
cis ad christum pertingere: ⁊ ad promis/
sam gloriam peruenire. Cui iudex. Pu/
tabam te ad mentē redisse. ⁊ gaudebam
te tue nobilitatis vel sexus meminisse. Re
clusa igif in carcere. ⁊ sequenti die cū vin/
ctis sine vinculis adducta. iteꝝ grauissi/
me est conquesta. cur contra legē imꝑato/
rū sibi soli a vinculis parcereƒ. Tunc ala
pis durissime cedif. ⁊ in carcere recludif.
Quaz iudex secutus ex libidine opprime/
re voluit. Sed illa viriliter reluctāte ma/
num eiꝰ virtus diuina contraxit. Tūc pu/
tans se incantatū. prepositum domus sue
ad ipsam direxit multa ꝓmittens si eā fa/
ceret consentire. Sed ille carcerē clausuz
nec clauibus aperire potuit nec securibus
frangere. donec a demone arreptus. cla/
mans ⁊ seipm dilanians vix euasit. Dein
de educta posita est suꝑ rotam: cuius ve/
ctes carbonibus pleni erant. ⁊ artifex itra
rotam tale signum trahentibus dedit. vt
quando sonū faceret simul traherēt. ⁊ sic
exeūte igne vectes corpus eius dissiparēt
Sed nutu dei ferramētum quo rota tem/
ꝑabaf de manu eius decidens sonuz fe/
cit. ⁊ cōtinuo illis trahentibꝫ rota artificez
cōminuit. ⁊ eufemiaz stantē suꝑ eaz illesā
seruauit. Tūc parentes artificis lamentan
tes supposito igne ipaz cū rota comburere
voluerunt. Sed rota cōbusta. eufemia ab
angelo soluta in ꝗdam loco excelso incolu
mis stare conspicif. Appellianꝰ iudici ait.
Uirtus xp̄ianoꝝ nō nisi in ferro vincitur
Unñ ꝯsulo vt eā facias decollari. Erectis ḡ
scal. cū quidā ad eā capiendā manū mit/

tere vellet. mox totus palisi solutus vix in de semiuiuus eductus e. ¶ Alius aut nomine Sostenes ascendens cotinuo mu tatus ab ea veniaz petijt: et euaginato gla dio ad iudicem clamauit. quod seipsum libe tius occideret quam eam quam angeli defen debant contingeret. Deniqz inde educta. iudex cancellario suo dixit vt ad eam om nes petulantes iuuenes conuocaret. Qui tamdiu eam illuderent. donec fatigata d ficeret. Sed ille ad eam ingrediens. et mul tas virgines splendidissimas circa eam orantem videns. monitis eius protinus christianus effectus est. Preses vero per ca pillos virgine suspendit. Sed imobilem permanentem negato cibo in carcerem re cludi fecit. vt septimo die inter quatuor ma gnos lapides sicut oliua constringeret. Il la vero quotidie ab angelo satiata. dum septi mo die intra lapides durissimos posita es set ad eius orationem ipsi lapides in cinerez tenuissimu sunt redacti. Unde preses se vi ctu a puella erubescens ea in foueam proijci iussit. vbi tres tante imanitatis bestie erant quod oem hoiem deglutiret. Que statim bla diedo ad virgine ocurretes et iunctis ad in uice caudis ei qui cathedra ad sedenduz p bentes iudice hoc videntez vehementius cofuderunt. Unde cu preses fere pre angustia moreretur. ingressus carnifex vt dni sui iniu riam vindicaret: gladiu in latus suu fixit. et christi martyre fecit. Que iudex pro mer cede veste serica induit. et torque aurea cir cudedit. Sed egrediens a leone arripitur et ab eo penitus deuoratur. Unde sui eu diutius qua rentes vix pauca eius ossa cu veste serica et torque aurea reperunt. Priscus quoqz iudex se ipm comedens mortuus est inuetus. Sa cta aut Eufemia in calcedonia cu honore sepulta est. Meritis cuius oes iudei et gen tiles calcedonie in christum crediderunt. Passa est aut circa annos domini. cclxxx.

Ambrosius de hac virgine in prefatio ne sic ait. Uirgo alma triumphatrix eufe mia. virginitatis retinens mitram. passio nis meruit vestiri corona. Cuius precibus hostis inimicus euincitur: Priscus aduersa rius supatur. a fornacis igne virgo sospes eri pitur. duri lapides in puluere couertuntur. Fe re mansuescut. colla acqz submittut atqz oia penarum supplicia eius oratione superantur. No uissime gladij mucrone confossa. carnea re linquens claustra. celesti choro iungitur le ta. Hec sacra virgo tibi dne ecclesiaz tuam comendet. hec pro nobis peccatoribus inter pellet. hec etiam vota nostra vt virgo ver nula illibata tibi prestet.

CXXXIIII A

De sancto Lamperto

Ampertus nobilis ge nere sed nobilior sanctitate vi te. et a primeuo etatis sue literis eruditus adeo pro sui sanctitate ab oibus amabatur. vt post theodardu ma gistrum suum trecensis ecclesie in episcopu meruit promoueri. Quez childericus rex plurimuz diligebat. et pre oibus episcopis carum semp habebat: Sed crescente inui dorum malicia. eum sine causa impij expelle tes honore debito priuauerunt. et Feramu dum in eius cathedra statuerunt. At Lam pertus monasterium ingressus. per septe an nos ibidez optime conuersatus est. Qua dam vero nocte ad orationem surgens in paui mento per ignorantiam sonuz fecit. Quod audiens abbas dixit. Quisquis hunc fe cit sonu statim vadat ad crucem. Tunc La pertus ilico nudis pedibus in cilicio ad crucem cucurrit. ibiqz tamdiu et in niue et gelu ac glacie fixus stetit donec fratribus post matutinas se calefacientibus abbas eum deesse cognouit. et audiens a quodaz fratre quod ille esset qui ad crucem iuisset eu introduci fecit. et ab eo cu monachis veni am postulauit. Ille vero no solum clementer indulsit. sed et de bono pacientie eis subli miter predicauit. Post septe annos Fera mundus expulsus est. et sanctus Lamper tus iubente pipino ad sedez propriam est re ductus. Cu aut sicut prius verbo et exem plo polleret. insurgentes in eum duo mali gni euz grauiter insectare ceperunt Quos amici pontificis eos sicut meruerant occi derunt. Eo tempore Lampertus pipinum de quada meretrice qua tenebat plurimu increpauit. Dodo aut consanguineus eo rum qui occisi fuerant. et frater ipsius me retricis. domesticus aule regie. congregato exercitu. domu episcopi circuiqz obsedit.

volens occisoꝝ necē in sanctuȝ vindicare
lampertū. At cū puer lampto in orōne po
sito nūciasset. ille cōfisus in dn̄o vt eos ex/
pugnaret mucronē arripuit. Sed ad se re
diens gladiū de manu ꝓiecit. melius iudi
cans vt ꝑsistendo ⁊ moriendo vinceret. q̄ꝫ
vt sacratas manus de impioruȝ sanguine
macularet Tūc vir dei suos āmonuit. vt
pctā sua ꝯfiterent̄ ⁊ mortē pacient̄ sustine
rēt. Statimq̄ꝫ impij irruētes. sanctū i orō
ne Lampertū ꝓstratū ꝑemerunt. circa an
nos dn̄i. DCXX. Quibus discedentibus
quidā ex eiꝰ famulis euadētes corpus eiꝰ
occulte ad cathedralē eccl'iam nauigio ꝑ/
duxerūt. ⁊ cū multa ciuitatis mesticia se/
pulture dederunt.

CXXXV

De sancto Matheo

Matheus binomius ex
titit scȝ matheꝰ ⁊ leui. Mathe
us aūt interp̄tat̄ donū festinati
onis. vel donator ꝯsilij vel dicit̄
matheus a magnus ⁊ theos qđ est deus
q̄si magnus deo. vel a manus ⁊ theos q̄si
manus dei. Fuit em̄ donū festinatōis ꝑ fe
stinā ꝯuersionē. donator ꝯsilij ꝑ salubrē p̄
dicationē. magnꝰ deo ꝑ vite ꝑfectionē ma
nus dei ꝑ euangelij ꝯscriptionē. Leui int̄
pretat̄ assumptus vel applicatus. siue ad
ditus aut appositus. Fuit em̄ assumptus
ab exactione vectigaliū. applicatus nume
ro apostoloꝝ. additus ꝯsortio euāgelistaꝝ
⁊ appositus cathalogo martyꝝ.

Matheus apl's in ethiopia p̄di/
cans in ciuitate que dicit̄ nada
ber duos magos noīe zaroen ⁊
arphaxat repperit. qui ita homi
nes suis artibus dementabāt vt quoscūq̄ꝫ
vellēt mēbroꝝ officioꝝ sanitate priuare vi
derent̄. Qui in tantā supbiaȝ eruperūt vt
se quasi deos ab hoībus facerent adorari.
Matheus aūt apl's p̄dictā ciuitatem in
gressus. ⁊ apud Eunuchū candacis regi
ne quē Philippus baptizauerat hospitatꝰ
ita magoꝝ prestigia detegebat. ꝙ quicq̄d
ipi faciebant hoībus in ꝑniciem. h̄ ipe cō/
uerteret in salutē. Eunucho aūt sanctum
Matheuȝ interrogante. quō tot linguas
loqueret̄ ⁊ intelligeret. exposuit ei matheꝰ
ꝙ spū sancto descendente oīm linguaꝝ sci/
entiā recepisset. vt sicut illi q̄ ꝑ supbiā tur
rim vsq̄ꝫ in celū edificare volebāt pre ꝯfu
sione linguarū ab edificatōne cessauerūt:
sic apl'i ꝑ oīm linguaꝝ scientiā turrim nō
de lapidibus sȝ de v̄tutibꝫ ꝯstruāt ꝑ quaȝ
oēs qui crediderint in celū ascēdant Tūc
veīt qui diceret magos illos cū duobꝫ ad/
uenisse draconibꝫ. qui ignē sulphureuȝ ex
ore ⁊ naribꝫ euomentes cūctos hoīes occi
derent. Apl's aūt signo crucis se muniēs
ad eos secure exiuit. Quē mox vt dracōes
viderūt ante eiꝰ pedes ꝓtinus dormierūt
Dixitq̄ꝫ magis vbi est ars vestra. Excita
te eos si potestis. Ego aūt nisi dn̄m rogas
sem. qđ in me cogitaueratis inferre in vos
ꝓtinus retorsissem. Cū aūt ppl's ꝯuenissȝ
in noīe iesu draconibꝫ vt abirēt p̄cepit. Et
nullū ledentes protinꝰ abierunt. Cepit q̊ȝ
pplo de gloria paradisi terrestris magnū
sermonē ꝯtexere. asserens ipm̄ oībꝫ monti
bus eminere ⁊ ꝓxim celo esse: spinas vl' tri
bulos ibi nō esse: lilia vel rosas ibi nō mar
cescere. senectutē ibi nō euenire. sȝ hoīem
ibi iuuenē sꝑ manere. angeloꝝ organa ibi
deȝ sonare. aues vocatas ꝯtinuo obedire
De h̄ aūt ꝑadiso terrestri dixit hoīem eie
ctū esse. sȝ ꝑ xp̄i natiuitatē in ꝑadisum ce/
lestē reuocatū fuisse. Et cū hec pplo loque/
ret̄. ecce subito tumultus exortus ē. in q̊ re
gis filius mortuꝰ plangebat̄. Quē cū ma
gi suscitare nō possent suadebāt regi ꝙ in
deoꝝ ꝯsortiū raptus fuisset. ⁊ ideo si sacrū
⁊ tēplū sibi ꝯstrui oporteret. Predictꝰ aūt
Eunuchus magos custodire faciēs apo/
stolū aduocauit. Qui orōne fusa eū ꝓtinꝰ
suscitauit. Quapꝓpter rex noīe Egippus h̄
viso ꝑ vniuersas suas ꝓuincias misit di/
cens. Venite ⁊ videte deuȝ in effigie hoīs
latentē. Venerūt igit̄ cū coronis aureis et
diuersis sacrificioꝝ generibꝫ volētes sacri
ficare ei. Quos matheꝰ cōpescuit dicens.
Viri q̄d facitis Ego ds̄ nō sum. sȝ seruus
dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Illi igit̄ de auro ⁊ argento
qđ sibi attulerāt ipo iubēte ecciaȝ magnā
fabricauerūt: quā intra. XXX. dieꝝ spaciū
ꝯsūmauerūt In qua apl'us. XXXIII. an/
nis sedit ⁊ totā egyptū ad fidem cōuertit.
Rex aūt egyppus cū vxore sua ⁊ omi pplo
baptizatus ē. Ephigeniā q̊ȝ filiam regis

apl's deo dicatā plusq̄ȝ ducētis ꝟginibus prefecit B Post h̄ Hirtacus r̄gi suc cessit. ꝛ virginē p̄dictā ↄcupiscēs. dimidium regni sui aplo ꝓmisit. si eā in ↄiugiuȝ suū sibi faceret ↄsentire. Cui apl's ait vt iuxta morē p̄decessoris die dn̄ica ad ecclesiā ↄueniret ꝛ p̄nte ephigenia cū ceteris virginib̄ ꝙ bona sint iusta coniugia audiret. Quo rex cū gaudio festinauit. putans ꝙ ephigenie vellet ↄiugiū suadere. Matheus igit̄ ꝟginib̄ ꝛ omi ꝑplo cōgregatis de bono matrimonij diu locutus. a rege plurimū est laudatus. credēs ꝙ h̄ ideo diceret vt virginis animū ad matrimoniū ꝓuocaret. Deinde impato silentio sermonē repetit dicēs. Cū ḡ bonū sit matrimoniū si saluo federe teneat̄. bene scitis astantes ꝙ si regis sponsā aliq̄s seruoꝝ vsurpare presumeret. nō solū regis offensam. sȝ mortē insup mereret̄. nō q2 vxorē duxisse ꝓbat̄. sed q2 sponsam dn̄i sui accipiens eius matrimoniū violasse ↄuincit̄. Ita ꝛ tu rex sciēs ephigeniā regis eterni spōsaȝ effectaȝ. ꝛ sacro velamine ↄsecratā. quō poteris spōsā potētioris te tollere. ꝛ tuo matrimonio copulare. Quo audito rex pre ira insaniens furibundus abscessit. Apl's aūt intrepidꝰ ꝛ constans oēs ad patientiā ꝛ ↄstantiā cōfortauit. ꝛ Ephigeniā corā se ex timore ꝓstratā cū ceteris virginib̄ benedixit. Post missarū aūt solēnia rex spiculatorē misit q̄ iuxta altare matheū stantē. ꝛ expansis manib̄ in celū orantē misso a tergo gladio interfecit ꝛ martyrē fecit. Qd̄ ꝑpl's audiens ad palatiū regis oīa incēsurus ꝑperabat Sed a p̄sbyteris ꝛ dyaconibus vix detenti apl'i martyriū cū gaudio celebrauerunt Rex ꝟo cū nec ꝑ matronas ad eā directas nec ꝑ magos ephigeniā posset aliquatenꝰ īmutare. totā eius domū igne copioso vallauit. vt ipam cū ceteris virginibus cōcremaret. Apl's aūt eisdē apparens omnem ignē ab eaꝝ domo excussit. Qui erumpēs regis palatiū inuasit. ꝛ solo rege euadente vix cū vnico filio cuncta ↄsumpsit. Statiꝙ filiꝰ arreptus a dm̄onio p̄ris crimia cōfitens ad sepulcꝝ apl'i ꝑperauit. Pater ꝟo turpissimꝰ leprosus effectus cū curari nō posset. manu ꝓpria gladio se ꝑemit. Apl's aūt fratrē ephigenie ab aplo baptizatum regē constituit. Qui ꝑ annos. LXX. r̄gnauit. ꝛ filiū suū sibi substituens christianuȝ cultū magnifice ampliauit: ꝛ totaȝ ethiopie ꝓuinciā ecclesijs xp̄i repleuit. Zaroes aūt ꝛ arphaxat ab ea die qua regis filiuȝ apl's suscitauit in ꝑsidē fugerūt. Sȝ simō ꝛ iudas eos ibidem vicerunt. C Notandū ꝙ in beato matheo quatuor principaliter considerant̄. Primū est obediētie velocitas. q2 mox vt xp̄s eū vocauit. continuo teloneū reliquit. nec dn̄os suos timēs rōnes vectigaliū imꝑfectas reliquit ꝛ christo ꝑfecte adhesit. Pro hac velocitate obedientie quidā occasionē erroris sibi assumpserunt. sicut recitat Hierony. in originali sup ꝑdictū locū dicens. Arguit in h̄ loco Porphirius ꝛ Julianus augustus vel imperitiā hystorici mentientis. vel stulticiā eoꝝ qui statim secuti sunt saluatorē. q̄i irrōnabilit̄ quēlibet vocātē hoiem sint secuti. cū tante virtutes tantaq̄ȝ signa p̄cesserint que aplos anteq̄ȝ crederēt vidisse n̄ dubiū est. Certe fulgor ip̄e ꝛ maiestas diuinitatis occulta que etiaȝ in humana facie relucebat ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si eñ in magnete lapide hec esse virtus dicit̄ vt anulos ꝛ festucas sibi copulet q̄ȝto magis dn̄s omnium creaturarū ad se poterat trahere quos volebat. Hec hiero. Secundū est eius largitas siue liberalitas. q2 statim fecit ei conuiuiū magnū in domo sua. Quod q̄dem conuiuiū nō tm̄ fuit magnū rōne laute preꝑationis. sed etiam fuit magnū primo rōne voti. quia cum magno affectu et desiderio ipsuȝ recepit. Secundo ratione mysterij. quia illud fuit indicatiuum magni mysterij Quod mysteriū exponit glosa sup Lucam dicēs. Qui domicilio christū recipit interno maximis exuberantiuȝ pascit̄ delectatōnibus voluptatū. Tercio ratione documentorū: quia ibi magna documenta exhibuit: sicut misericordiā volo. ꝛ nō sacrificiū. ꝛ nō egent qui sani sunt medico ꝛc̄. Quarto ratione inuitatorū. q2 magni discūbentes etiā inuitati fuerūt. scȝ xp̄us ꝛ discipuli eius. Terciuȝ eius humilitas. que apparuit in duobus. Primo ī hoc ꝙ se publicanum manifestauit. Ceteri euangeliste vt dicit glo. verecūdie causa

⁊ euangeliste honore nomē vulgatū nō po
nūt. Ipe scdm ꝙ scriptū est iustꝰ in pͥmis
accusator est sui. matheū se ⁊ publicanum
nominat. vt ostendat nullum cōuersuꝫ de
bere de salute diffidere. cū apostolus ⁊ euā
gelista de publicano repēte sit factus. Se
cūdo in hoc ꝙ ad suas iniurias patiēs fu
it. Qñ em̄ pharisei murmurabant ꝙ chri
stus ad hominē peccatorē diuertisset potu
isset eis Matheus respondisse ac dixisse
Vos potius miseri ac pctōres estis q̄ vos
iustos arbitrantes medicū refugitis Ego
aūt iam peccator dici nō valeo qui ad me
dicū salutis cōfugio ⁊ eidē vulnus meum
non abscondo. D Quartū est euāge
lij ipsius in ecclesia magna solēnitas Eiꝰ
em̄ euangelium pre ceteris euangelijs ma
gis in ecclesia frequētat̄ sicut ⁊ psalmi da
uid ⁊ epistole Pauli pre ceteris scripturis
amplius in ecclesia recitant̄. Cuiꝰ hec est
ratio. quoniaꝫ teste Jacobo tria sunt gn̄a
peccatorū. scꝫ peccatū superbie luxurie et
auaricie. Peccato supbie peccauit saulus
a saule supbissimo rege dictus: qui ecclesi
siam supra modū persecutus est. Peccato
luxurie peccauit dauid. qui ⁊ adulteriū cō
misit. ⁊ ꝓpter ipm adulteriū fidelissimum
militem vriam occidit. Peccato auaricie
peccauit Matheus. qui ꝑ auariciam lu
cris turpibus inhiabat. Fuit em̄ telonea
rius. Est aūt teloneum vt dicit ysidorus.
locus in portu maris: vbi merces nauiuꝫ
⁊ nautaꝝ emolumēta reddunt̄ Telos aūt
grece vt dicit Beda latine dicit̄ vectigal.
Licet igit̄ isti peccatores extiterint. eoruꝫ
tamen penitentia a deo placuit vt non so
lum dominus eorum culpis ignosceret. sꝫ
etiam in eis dona sua multiplicius cumu
laret. Nam seuissimū persecutorem fecit fi
delissimū predicatorē. adulterū ⁊ homici
dam fecit ꝓphetam ⁊ psalmistaꝫ lucris in
hiantem ⁊ cupidum fecit apostoluꝫ ⁊ euā
gelistam. Ideo igit̄ horuꝫ trium dicta no
bis tam frequentius recitant̄. vt nullus q̄
conuerti voluerit desperet de venia. quan
do tantos in culpa tales conspicit fuisse in
gratia. Notandum insup ꝙ scd̄m beatuꝫ
Ambros. circa conuersionem beati Ma
thei quedam ex parte medici. quedam ex
parte infirmi sanati. quedam ex pte modi
sanandi considerātur. In medico tria fue
runt. scꝫ sapientia qua radicem morbi co
gnouit. bonitas qua medicamenta adhi
buit. potentia qua ipsum tam subito mu
tare potuit. De his tribus sic idem dicit
Ambrosius in persona ipsius Mathei.
Hic potest auferre cordis mei dolorem ⁊
anime pallorem qui nouit occulta. Et hoc
q̄tum ad primuꝫ. Inueni medicum qui
in celis habitat ⁊ in terris spargit medica
menta. Hoc q̄tum ad secundū. Hic po
test solus sanare vulnera mea qui nescit
sua. Hoc q̄tum ad tercium. In ipo au
tem infirmo sanato. scꝫ in beato Matheo
tria considerant̄ scd̄m ꝙ dictus Ambrosiꝰ
oñdit. Ipse nāq̄ morbū ꝑfecte exuit. curā
ti gratꝰ extitit ⁊ i sanitate recepta sp mūdū se
seruauit. Unde ait. Sequebat̄ matheus
iam letus ⁊ alacer ⁊ exultabat dicens. Iā
non publicanū gero. iam non porto leui.
Exui leui postq̄ christum indui. Et hoc
quo ad primum. Odio genus meū fugio
vitam meam soluꝫ te sequor dn̄e iesu qui
sanas vulnera mea. Hoc quo ad secundū
Quis ē q̄ me separat a caritate dei que in
me est. tribulatio an angustia. an fames.
Hoc quo ad terciū. Modus aūt sanā
di scd̄m btm̄ Ambro. triplex fuit. Primo em̄
xp̄s ipm vinculis ligauit. Secūdo caute
rium ipm impressit. Tercio oēm putredi
nē emūdauit. Uñ ait ambro. loquēs in ꝑ
sona mathei. Ligatus sum fidei clauis et
bonis cōpedibus caritatis Aufer iesu me
orꝝ putredies pctōꝝ dū habes vinculis ca
ritatis ligatū. Seca q̄cunq̄ inueneris vi
ciosuꝫ. Hoc q̄tū ad pͥmū. Om̄e mādatū
tuū sic cauteriū impressuꝫ tenebo. ⁊ si vrit
cauteriū mādati tn̄ putrefcā carnis exurit
ne ad virꝰ serpat ꝯtagio. Et si mordet me
dicamētū tn̄ vlcerꝫ tollit viciū. Quātū ad
scd̄m. Ueni cito dn̄e icidēs occultas ⁊ la
tētes varias passiōes. Aperi cito vulnus
ne noxiꝰ serpat humor. emūda om̄e qd̄ fetī
dū ē ꝑegrino lauacro. Hoc q̄tū ad terciū
Eiꝰ aūt euāgeliū anno dn̄i. D qd̄ manibꝰ
suis scripserat cū ossibꝰ beati Barnabe re
ꝑtū est. Quod quidē euāgeliū btūs Bar
nabas secū ferebat. ⁊ sup infirmos illō po
nens om̄es tam fide Barnabe q̄ merito
Mathei ꝯtinuo liberabat.

CXXXVI

De sancto Mauricio

Mauricius dicit᷑ a mari
et cis quod dicit᷑ vomens vel
durus ⁊ us quod interpretat᷑
ꝯsiliator vel festinās. Vel dicit᷑
a mauron quod ſm isidoꝝ grece dicit᷑ ni/
grum. Ipse nanqꝫ habuit amaritudinē
pro incolatu miserie ⁊ dilatione patrie.
Fuit vomens per superfluoꝝ abiectionē.
durus ⁊ firmus per tormentoꝝ ꝑpessionē
ꝯsiliator per cōmilitonū exhortationē. fe/
stinās per feruorem ⁊ bonoꝝ operū mul/
tiplicationē. niger per sui despectionem.
Huius passionē scripsit ⁊ cōpilauit bea/
tus eucharius lugdunens᷑ archieps̄ A
Auricius ī sacratissima legio/
ne que thebea dicitur dux exti/
tisse ꝑhibetur. Dicti autē sunt
thebei a ciuitate sua que the/
bea nūcupata est. Est autem ipsa regio ī
partibus orientis vltra fines arabie ha/
bilis opibus. fructibus fertilis. arboribus
delectabilis. Habitatores ꝓo illi⁹ regio/
nis dicunt᷑ eē magni corporib⁹. armis strē
nui in bello fortissimi. callidi ingenio. sa/
pientia locupletissimi. Ipsa autem ciui/
tas centum portas habuit. ⁊ super nilum
fluuiū qui de paradyso egreditur ⁊ gyon
dicitur sita fuit. De qua dicitur. Ecce ve/
tus thebea centum iacet obruta portis.
His iacobus frater dn̄i verbum salutis
predicauit: ⁊ fidem christi perfecte eos do
cuit. Dioclecianus autem ⁊ maximian⁹
qui ceperūt anno dn̄i. CCLXXXVII. vo/
lentes fidem christi penitus extirpare. ta
les epistolas per omnes ꝓuīcias in qui/
bus christiani morabant᷑ transmiserunt.
Si aliquid determinari oporteret aut sci
ri. ⁊ totus mundus ex vna parte cōgrega
tus esset. ⁊ sola rhoma ex alia parte consi/
steret. mūdus totus victus fugeret. ⁊ sola
rhoma in culmīe sciētie remaneret. Cur
ergo vos parua plebecula eius preceptis
resistitis. ⁊ contra ipsius statuta tam sto/
lide superbitis. Aut igitur deorum īmor
talium fidem suscipite. aut imutabilis ꝺ
vobis sententia proferetur damnationis
Christiani autem huiusmodi litteras su

scipientes. nuncios omnes vacuos remi/
serunt. Tunc dioclecianus ⁊ maximian⁹
in iram commoti. per omnes prouincias
miserunt. vt omnes bellicis armis apti
ad rhomam venirent. vt omnes rebelles
rhomano imperio subiugarēt. Littere āt
augustoꝝ ad populū thebeoꝝ delate sunt
Qui populus ſm dei preceptum que dei
erant deo. ⁊ que erant cesaris cesari red/
debant. Congregātes igitur electam mi/
litum legionem. s. sex milia sexcentos sexa
gintasex eos ad impatorē miserunt. vt in
bellis iustis impatorem iuuarent. non vt
contra christianos arma mouerent. ſꝫ eos
potius defensarent. Huic autem sacra/
tissime legioni dux erat inclytus vir mau/
ricius. signiferi autem candidus innocē/
tius. exuperius. victor ⁊ ꝯstantius. Dio/
clecianus igitur maximianū quem sibi ī
collegam imperij assumpserat contra gal
lias cum infinito exercitu misit. ⁊ ei legio
nem thebeam sociauit. Hi a sancto mar/
cellino papa exhortati sunt vt an̄ gladijs
interirent q̄ꝫ fidem christi quam accepe/
rant violarent. B Cum igitur vni/
uersus exercitus montes alpium trans/
measset. et ottodoꝝ aduenisset. iubet impe
rator vt omnes qui secum erant idolis im
molarent. ⁊ contra rebelles imperio ⁊ ma
xime contra christianos vnanimit᷑ ꝯiura
rent. Quod sancti milites audientes oc/
to miliaribus ab exercitu secesserūt. ⁊ in q̄
dam loco ameno cui aganū nomen est iu/
xta rhodanū ꝯsederunt. Quod audiens
maximian⁹. missis militibus precepit vt
ad deorum sacrificia cum alijs festinarēt
Qui se non posse facere responderūt vt po
te qui fidem christi haberent. Tunc im/
perator ira succensus ait: Iungitur despe
ctui meo celestis iniuria. ⁊ mecum religio
rhomana ꝯtemnitur. Sentiat contumax
miles non solum mihi sed etiaꝫ dijs meis
me posse dare vindictam. Tūc cesar mis/
sis militib⁹ suis iussit vt aut dijs sacrifica
re eos compellerent. aut decimū quemqꝫ
eoꝝ ꝓtinus decollarent. Sancti igit᷑ cum
gaudio capita extendentes. vnus ante al
terum festinabat. ⁊ ad mortem preuenire
certabat. Tunc sanctus mauric⁹ assur/
gens inter cetera sic ꝯcionatus est. Cong̅

tulor vobis. quia pro fide christi oẽs mo/
ri parati estis. Cõmilitones vestros neca
ri sustinui. quia vos ad passionẽ pro chri/
sto paratos vidi ⁊ dñi mandatũ seruaui q̇
ait petro. Mitte gladium tuũ in vagi/
nam. Quia ergo iam cõmilitonũ corpori
bus vallati sumus ⁊ socioꝝ sanguinibus
rubricatas vestes habemus. nos ipsos ad
martyriũ seq̃mur. Hec ergo si placet cesa
ri mandem⁹ responsa. Milites tui impe
rator sumus. ⁊ ad defensionez reipublice
arma suscepimus. Non est in nobis pro/
ditio. non formido. sed christi fidem nul/
latenus deseremus. Cum hoc imperator
audisset. iussit iterum vt decimũ trucida/
rent. Quo facto. exuperius signifer vexil/
lum arripiens ⁊ inter cõmilitones stans
dixit. Gloriosus dux noster mauricius de
nostroꝝ cõmilitonũ gloria est locutus. nec
exuperi⁹ signifer noster. ideo hec arma ar/
ripuit vt talib⁹ resistamus. Proijciant
dextere nostre arma hec carnalia. ⁊ armẽ
tur virtutib⁹. ⁊ talia si placet cesari remã/
demus. Milites sumus imꝑator tui. ser/
ui autem quẽ libere ꝓfitemur christi. Ti/
bi debemus militiã. illi innocentiã. A te
laboris stipẽdiũ. ab illo exordium sumpsi
mus vite: Oĩa pro ipso tormenta suscipe
parati sumus. ⁊ ab eius fide nunq̃ disce/
demus: Tunc impius cesar iussit suũ ex/
ercitũ totam legionẽ circũdare ita vt vn⁹
euadere non posset. Vallant̃ igitur mili/
tes christi a militib⁹ diaboli ⁊ nephandis
manib⁹ trucidant̃ ⁊ pedib⁹ equoꝝ ↄculcã
tur ⁊ christo ꝑciosi martyres ↄsecrantur.
Passi sunt aũt circa annos dñi. cclxxxvij.
Dei autem nutu q̃ꝫ plures euaserũt vti
regiones alias veniẽtes christi nomen p̃/
dicarent. ⁊ gloriosissime in locis alijs triũ
rediit. Sed cū ad hostiū ꝑcussisset. ⁊ nul/
lus ei aꝑꝑeruisset fenestraꝫ aperuit. ⁊ mor
tuū eū inuenit ac vidit. Currensq̄ cū h̄ epi/
scopo nūciasset: episcopus ⁊ clerus omēs/
q̄ monachi cōuenerunt. vt tam sancto vi
ro exequias celebrarent. Cumq̄ de cella
corpus eius extraxissent. repererūt ꝙ muli
er esset. ⁊ plurimū admirātes deo gratias
reddiderunt. ⁊ sanctū corpus honorifice se
pelierūt. Obiit aūt octaua die itrāte octo/
bri circa annos dn̄i. CCXC.

CXLVI A

De sancta margaritha

Margaritha dicta pela
gius. virgo pulcerrima diues ⁊
nobilis. tanta fuit parentū soli/
citudine custodita. ⁊ optimis
moribus instructa. tantaq̄ pudicitie ho/
nestate vigebat. ꝙ ab hominibus videri mo
dis omībus renuebat. Deniq̄ a quodaꝫ
adolescente nobili in coniugium querit. et
vtriusq̄ parentis assensu cuncta nuptiis
neccia cū imensa diuitiarū ⁊ delitiaꝝ glīa
preparat. Cū ḡ dies nuptiarū aduenisset. ⁊
iuuenes ⁊ puelle ⁊ cūcta simꝉ nobilitas an
te thalamū iam paratū nuptiarū festa cū
gaudio celebrarent. virgo deo inspirāte cō
siderans damnuꝫ virginitatis tam dam/
nosis plausibꝰ comparari: ꝓstrata i terraꝫ
cū lachrymis glorā virginitatis ⁊ nuptia
rūm molestias tanta in corde suo cōpensa
tione librauit. ꝙ omnia huiꝰ vite gaudia
quasi stercora respuebat Unde nocte illa
a viri consortio abstinens: media nocte se
do recōmendans. tonsis crinibus in virili
habitu clam aufugit Longe aūt ad quod
dam monasteriū veniēs. ⁊ fratrē pelagiū
se aꝑꝑellans. ab abbate receptus est. ⁊ di/
ligenter instructus. Qui tam sancte ac re
ligiose se habuit. ꝙ defuncto sanctimonia/
lium prouisore de seniorū consilio ⁊ abba
tis imperio licet inuitus monasterio vir/
ginū est prelatus Dū ergo eis nō solū cor
porū sed etiā animaꝝ pabula cōtinue ⁊ in
culpabiliter ministraret. dyabolus ei inui/
dens studuit qualiter prosperū eius cursū
obiectu criminis impediret. Nā vnā vir/
ginē que prefor ibus erat in adulteriū tra/
xit. ⁊ intumescente vtero cū iam celari nō
posset. tantus pudor ⁊ dolor omnes virgi/
nes ⁊ monachos vtriusq̄ monasterii con/
sternauit. ꝙ solus Pelagius vtpote earuꝫ
familiaris atq̄ prepositus sine iudicio et
examinatōne ab omibus cōdemnaretur.
Qui foras cū ignominia pellit: ac in quo/
daꝫ rupis specu recludit: sibiq̄ monacho
rū seuerissimus deputat. qui sibi panē or/
deaceū ⁊ aquā tenuissime mīstraret. Qui
bus gestis monachi recesserūt. ⁊ soluꝫ ibi
Pelagium reliquerūt. At ille oīa pacient
sustinēs: in nullo turbatus fuit. Sed sem/
per gratias deo referens ꝑ sanctoꝝ exem/
pla se continue ꝯfortabat. Tandē cū finē
suū adesse coḡuisset: abbati ⁊ monachis ꝑ
lr̄as sic mādauit. Nobili orta ḡn̄e marga/
ritha in seculo dicta fui. que vt pelagꝰ tē/
ptationū trāsirē pelagius mihi nomē im
posui. vir suꝫ non ꝓ deceptōne mentita qd̄
factis ondi. De crimie ꝟtutē obtinui. peni
tentiā egi inocens. ⁊ iā queso vt quā viri fe
minā nescierit. scē sorores sepeliāt. ⁊ sit ex
piatio viuētis. ondsio morietis. vt feie virgi
nē recognoscant quā calūniatores adulte
rū iudicabāt. His auditis monachis ⁊ sā
ctimonialibꝰ ad speluncā currentibꝰ. pela
giꝰ a femis feia ⁊ ꝟgo intacta coḡscit ⁊ cū/
ctis pniaꝫ agētibꝰ in monasterio ꝟginum
honorifice sepelit. Finit legēda de pma
feiaꝝ antiochie ciuitatis abūdātissima tā
dem Pelagius aꝑꝑellata.

CXLVII A

De sancta Thaysi meretrice.

Thaysis meretrix vt i
vitaspatrū legiꝰ tante pulcritu
dinis extitit. vt mľti ꝓpter eam
venditis sƀstātijs suis ad vlti/
mā paupꝫtatē deuenirent. Sed amatores
sui ꝑ zelo litib⁹ inter se ꝯsertis. frequenter
puelle limina sanguine replebāt. Qd cuꝫ
audisset abbas Pafunti⁹ sumpto habitu
seculari. ⁊ vno solido ꝓfectus ē ad eā in q̄/
dā egypti ciuitate. deditqꝫ ei soliduꝫ q̄si ꝑ
mercede peccandi. Illa accepto ꝑcio ait il
li. Ingrediamur i camerā. Cūqꝫ igressus
esset. ⁊ lectū ꝑciosis vestib⁹ stratū ascēdere
īuitareꝰ. dicit ad eā. Si est inteři⁹ cubicu/
lū in ꝗ́ꝑm eam⁹. Et cū duxisset eū ꝑ plura
loca. ille sꝑ dicebat. q̄ videri timebat. Illa
aūt dixit. Est q̄dā cubiculū vbi nľľus in
grediꝰ. Si ꝟo deū times: nō est loc⁹ q̄ dita
ti ei⁹ abscōdaꝰ. Qd cū senex audisset dixit
ei. Et scis eē deū. Cūqꝫ illa rn̄disset se sci/
re deū. ⁊ regnū futuri seculi. necnō ⁊ tormē
ta peccatoꝝ: dixit ei. Si ergo nosti. cur tan
tas aīas ꝑdidisti. Et nō solū ꝓ aīa tua sed
ꝓ illoꝝ reddituꝛa rōnē dānaberis. Illa ve
ro h̄ audiēs ꝓuoluta ad pedes abbatꝭ pa
funtij cū lacrimis exorabat dicēs. Scio eē
penitentiā paꝰ. ⁊ ꝯfido remissioneꝫ sortiri.
Tm̄ peto tribus horis inducias ⁊ post h̄
quo iusseris ibo. ⁊ quecūqꝫ ꝑceperis faciaꝫ
Cunqꝫ locū illi abbas ꝯstituisset vbi veni
re deberet. Illa collectis omibus quecūqꝫ
ex pctō lucrata fuerat. platiisqꝫ in mediam
ciuitatē populo spectāte igne cōbussit cla/
mans. Venite omnes qui peccastis mecū
⁊ videte quō ea que mihi contulistis exu/
ram. Erat aūt precium auri librarū qua/
dringentaruꝫ. Que cū omnia incendisset.
ad locū quem abbas Pafunti⁹ constitue/
rat perrexit. Quā ille reperto virginū mo
nasterio in cellulā paruam recludens ho/
stium cellule plumbo signauit. ⁊ paruam
reliquit fenestram ꝑ quā ei victus modi/
cus iferreꝰ. Iussitqꝫ ei omibus diebus pa/
rum panis ⁊ paululum aque a ceteris mi
nistrari. Cum aūt senex discederet. Thay
sis ad eum ait. Quo iubes pater vt ex na
turali meatu aquā meaꝫ effundam. Et il
le. In cellam sicut digna es. Cunqꝫ iterū
quomodo deum deberet adorare inquire
ret respondit. Non es digna noīare deuꝫ.
neqꝫ in labijs tuis nomen trinitatis addu
cere. sed nec ad celum manus expandere.
quoniam labia tua iniquitate plena sunt
⁊ manus tue sordibus inquinate. Sed tā
tū modo incumbens contra orienteꝫ respi/
ce. hunc sermonē frequenter iterans. Qui
plasmasti me miserere mei. Cum ergo tri
bus annis fuisset inclusa: cōdoluit abbas
Pafuntius. ⁊ profectus est ad abbatē an
thoniū vt ab eo requireret si remisisset illi
deus peccata sua Et narrata causa sanct⁹
anthonius conuocatis discipulis suis. ꝑ/
cepit eis vt illa nocte vigilantes in oratio
ne ꝑsisterent singillatim. quatenus alicui
ex his declararet deus causam pro qua ab
bas Pafunti⁹ venerat. Cuꝫ igiꝰ incessan/
ter orasset abbas Paulus maior discipu/
lus Anthonij vidit subito in celo lectum
preciosis vestibus ornatū. quem tres vir/
gines clara facie custodiebant. Tres iste
virgines fuerunt. timor pene future qui
ipsam a malo retraxit. Pudor culpe com/
misse qui ei veniam promeruit. Amor iu/
sticie qui eam ad superna transuexit. Cun
qꝫ Paulus illis diceret gratiam illam tā/
tū esse anthonij. vox diuina respondit. Nō
est patris tui Anthonij. sed Thaysis me
retricis. Quod cū abbas Paulus mane
retulisset. cognita dei volūtate: abbas Pa
funti⁹ cum gaudio discessit. Et mox profe
ctus ad monasteriū hostium celle dissipa
uit. Illa ꝟo rogabat vt adhuc maneret in
clusa. Dixit aūt ei. Egredere quoniam re/
misit tibi deus peccata tua. Et illa respō/
dit: Testor deum quia ex quo huc ingres/
sa sum. ex omnibus peccatis feci velut sar
cinam ⁊ statui ante oculos meos Et sicut
non discedit anhelitus de naribus meis.
sic non discesserunt peccata mea ab oculis
meis. sed flebam semper illa considerans
Cui abbas Pafuntius dixit. Non ꝓpter
penitentiam tuaꝫ remisit tibi deus pecca/
ta tua. sed quia timorem semꝑ habuisti i
animo. Et cum inde illam eduxisset. XV.
dies supuixit et pausauit in pace. Ab/
bas quoqꝫ effrem aliam meretricem simi
li fere modo conuertere voluit. Nam cum

illa meretrix sanctū Effrem ad peccādū alliceret impudenter dixit ei Effrem. Sequere me. Qua sequēte cū ad quendā locū ubi erat mltitudo hoim venisset. dixit ei. Sede huc vt cōmisceat tecum. Et illa Quō possum hoc facere tanta multitudine hic stante. Et ille. Si hoies erubescis: nōne magis tuū debes erubescere creatorem qui reuelat occulta tenebrarum. Illa aūt confusa recessit.

CXLVIII

De sancto Dionysio

Dyonisi⁹ intepretat vehementer fugiēs. Vel dicit dyonisius a dya qd est duo. ⁊ nis⁹ qd est eleuatio: qi fm duo eleuatus. scz fm corpus ⁊ fm animā. Vel dicit a dyana qd est venus. scz dea pulcritudis ⁊ syos qd est deus quasi pulcer deo. Vl vt quidā aiūt dicit a dyonisia que vt dicit ysidorus est quedā gēma nigra valens ɔtra ebrietatē. Fuit ergo vehemēter fugiens d mundo ꝓpter pfectā abrenunciationē. eleuatus ꝑ internoꝝ cōtemplationez: pulcer deo ꝑ decorē virtutū. valēs pctoribꝫ cōtra ebrietatē vicioꝝ. Hic ante ɔuersionez multa prenomia habuit. Vocatus est em ariopagita a vico i q̄ habitabat. Itez dictus est theosoph⁹. i. deū sapiēs. Itē a grecoꝝ sapiētibꝫ vsqꝫ hodie dr p̄rigion tuarami. qd latine dr ala celi. qꝛ in celū ala spūalis intelligentie mirabiliter volauit. Itez dictus est machari⁹. i. btūs. Itez a patria dictus est Ionicus. Ionica aūt vt ait papias vna est ex linguis grecoꝝ. vel ionice sunt genera rotundarū columnarū: vl ionicū vt idem dicit est pes qui habet duas correptas ⁊ duas longas. Per qd oñdit ꝙ ipse fuit sapiens deū per occultorū inuestigationē. ala celi ꝑ celestium contemplationem btūs ꝑ eternoꝝ possessionē. Per alia ostendit ꝙ ipē fuit mirabilis rhetor ꝑ eloquentiā. ecclesie sustentator ꝑ doctrinā. breuis sibi per humilitatem: longus aliis per caritatē. Aug⁹. aūt in li VIII. de ciui. dei dicit ꝙ ionicum est genus philosophorū. Distinguit em ibidē duo genera philosophorum. scz ytalicū quod est ex parte ytalie. ⁊ ionicū quod est ex parte grecie. Quia ergo Dyonisius sūmus erat philosophus ideo antonomasice dicebat ionicus. Eius passionē ⁊ vitam grece dictauit methodius constantinopolitanus. latine ꝟo Anastasius aplice sedis bibliotecarius vt dicit Igmarus remoꝝ episcopus.

Dyonisi⁹ ariopagita a btō paulo aplo ad fidē xpi ɔuers⁹ fuit. Qui ariopagita a vico ciuitatis in q̄ habitabat dictus fuisse dicitur Ariopagus em erat vicus martis. in quo scilꝫ erat templum martis. Athenienses em singulos vicos denominabant a diis quos colebant. vt vicum in quo colebatur mars vocabant ariopagum. quia ario dicit mars. Vicum in quo colebant pan vocabant panopagū. Et ita a singulis diis singulos vicos denominabant. Ariopagus autez erat vicus excellentior. quia ibi erat curia nobiliū ⁊ scole liberaliū artium. In hoc ergo vico morabat dyonisius maximus philosoph⁹. qui ob plenitudinem diuinorum numinū ⁊ sapientie theosoph⁹ id est deum sapieus dicebat. Erat et secū appollophanus eius cōphilosophus. Ibi etiam erant epicuri. qui ponebant felicitatem hominis in sola corporis voluptate. ⁊ stoici qui i sola animi vrtute. In die igit dominice passionis cū tenebre facte fuissent sup vniuersam terram philosophi qui erant athenis nō potuerunt hui⁹ causam in causis naturalibus inuenire Non fuit em naturalis eclipsis solis. Tū quia luna fere erat e regione ad solem. eclipsis autez fieri solet in sinodo solis ⁊ lune. Luna aūt tunc erat quintadecima et ita in ꝑfecta distantia a sole. Tum quia eclipsis nō aufert lumen vniuersis partibus terre Tuꝫ quia per tres horas durare non potest. Qd autem illa eclipsis in vniuersis ꝑtibus terre lumen abstulerit. patꝫ ex eo qd Lucas euangelista hoc dicit ⁊ ex eo ꝙ vniuersitatis dominus patiebat ⁊ ex eo ꝙ fuit apud eleopolim egypti ⁊ ex eo ꝙ fuit rome ⁊ in grecia siue asia minori. Quod autem fuerit rome restatur Orosius dicens Cum dominus patibulo affixus est. maximo terremotu per orbem facto: saxa in mōtibus scissa. maximarumqꝫ vrbium plurime partes plus solita concussione cecide,

rūt. Eodemq̃ die ab hora diei sexta sol in tantum obscuratus est, ꝙ tetra nox subito obducta terris est, adeo vt stellas tūc diurnis horis vel potius in illa horrēda nocte toto celo visas fuisse referat. Hec orosius

Fuit etiā apud egyptū. Et hui⁹ meminit Dyonisius i epistola ad Appollophanum dicens. Obfusi nanq̃ orbes vniformiter tenebrarū caligine tabescēte, vt purgatum rediit solis dyametrū regulā philosophi aridei assumpsimus. Tuncq̃ reperimus quod et erat notissimū solem pati molestias non debere: aio ad te vaste peritie sacrariuꝫ adhuc nescimus tāte rei mysterium. Quid inquā speculum doctrine appollophani his secretis ascribis ad que tu mihi ore diuino ⁊ non humani sensus sermone. o bone dyonisi diuinarū ꝑmutationes sunt rerum. Deniq̃ notatum ferie diem, ⁊ annū annunciationis quā paulus nostris auribus suspensis intonuit, signis acclamantibus recordari expertus. dedi veritati manus ⁊ falsitatis sum nexibus absolut⁹. Hec dyonisi⁹. B Huius etiā meminit idem in epistola ad Policarpum loquens de se ⁊ Appollophano dicens. Ambo apud eliopolim tūc presentes ⁊ coastantes inopinabiliter soli lunaꝫ incedentē videbamus. Non enī erat cōueniens tempus. Et rursus ipaꝫ a nona hora vsq̃ ad vesperā ad solis dyametrū supnaturaliter restitutam. Eclipsim aūt illā vidimus in oriente inchoatam ⁊ vsq̃ ad solarem terminū venientē postea regredientem. Et rursus nō ex eodem ⁊ defectuꝫ ⁊ purgationem sed ecōuerso ꝺm dyametꝝ factam. Hec dyonisius. Tunc enī dyonisius cum appollophano voto astrologice discipline apud eliopolim egypti preerat ⁊ postea inde reuersus est. Quod autē fuerit in asya testat Eusebius in cronica asserens se in dictis ethnicorum legisse, ꝙ tunc in bithinia que est prouincia asye minoris fuit terremotus magnus. ⁊ maior solis obscuratio q̃ vnq̃ fuerit ⁊ ꝙ dies hora. VI. ita in tenebrosam noctem versus sit vt stelle in celo vise sint: ⁊ ꝙ in Nicena que vrbs est bithinie multas edes terremotus subuertit. Tandem vt in hystoria scolastica legitur philosophi ad h' adducti sunt vt dicerent ꝙ deus nature patitur. Alibi tamen legitur ꝙ dixerūt aut ordo nature peruertitur, aut elementa mentiuntur, aut deus nature patitur ⁊ elementa sibi compaciuntur. Alibi quoq̃ dicitur ꝙ Dyonisius dixit. Hec nox quam nouā miramur totius mundi veram lucem aduenturam signat. Tunc athenienses illi deo araꝫ construxerunt, ⁊ suppositus est titulus ignoto deo. Singulis enī aris supponebat titulus indicans cui essent dedicate. Et cuꝫ vellent illi offerre holocausta ⁊ victimas, dixerūt philosophi. Bonoruꝫ nostrorū non eget: sed facietis genuflectiones ante aram eius ⁊ supplicabitis ei, q̃a non querit oblationes pecorū sed deuotionem animoꝝ. Cum ergo paulus venisset athenas epicuri: et Stoici philosophi cū eo disputabant. Quidam autē dicebant. Quid seminator verborum hic vult dicere. Alij dicebant. Nouorum demonioruꝫ videtur annunciator esse. Adducentes ergo eum ad vicum philosophorum vt noua doctrina ibidē examē reciperet dixerūt. Noua quedam infers auribus nostris. Volumus ergo scire quidnam velint hec esse. Athenienses aūt ad nihil aliud vacabāt nisi aut dicere aut audire aliq̃d noui. Cū ergo Paulus singula deoruꝫ altaria plustrasset. ⁊ inter cetera ignoti dei altare vidisset. dixit illis philosophis. Quē ignorātes colitis hunc ego annuncio vobis veꝝ deum qui fecit celum et terram. Deinde dixit Dyonisio quem pre ceteris magis doctum in diuinis videbat. Quis est dyonisi ille deus ignotus. Cui dyonisius. Ipse ē de⁹ verus qui inter ceteros deos non est demonstratus. Sed nobis est ignotus et seculo venturo futurus et imperpetuum regnaturus. Et paulus Homo an tm̄ spiritus est. Et dyonisius. Deus ⁊ homo est Sed ideo incognitus est, quia eius tm̄ cōuersatio in celis est. Cui Paulus. Ille est quem predico qui de celis descendit carnē suscepit. mortem sustinuit ⁊ die tercia resurrexit. Cum autem Dyonisius adhuc cum Paulo disputaret fortuitu transijt per viam cecus coram eis. Statimq̃ dixit Dyonisius Paulo. Si dixeris huic ceco in nomine dei tui: vide: ⁊ viderit, sta/

tim credam. Sed vitatis verbis magicis
quia forte nosti verba que habent huius/
modi efficatiam. Ego formam verboruz
tibi prescribam. In hac igitur forma ver/
borum dices ei. In nomine iesu christi na
ti de virgine crucifixi. mortui. qui resurre/
xit. ⁊ ad celum ascendit vide. Sed vt om
nis suspicio tolleret͛ dixit Paulus dyoni/
sio vt hec ipse verba proferret. Cum ergo
in eadem forma Dyonisius ceco vt vide/
ret dixisset: protinus visum recepit. Sta/
tim dyonisius cum damari vxore sua ⁊ to
ta familia babtizatus est: ⁊ fidelis effect⁹
Sicq̃ a paulo ꝑ trienniũ instructus athe
nis episcopus ordinatus est. Ubi ille pre
dicationi insistens ipsam ciuitatẽ ⁊ maxi
mam partẽ regionis illius ad fidem chri
sti adduxit. ¶ Huic paulus ea que
in tercium celũ raptus vidit reuelasse di/
citur sicut ⁊ ipse dyonisius in plerisq̃ lo/
cis insinuare videt͛. Und̃ ⁊ de gerarchijs
ipsoꝝ angelorum ordinibus dispotionib⁹
et officijs tam luculenter et clare disseru/
it vt nõ putares h ipz ab alio ⁊ didicisse. sed
ipsum potius etiam vsq̃ in terciũ celũ ra/
ptum esse: ⁊ ibi hec omnia conspexisse.

Prophetie spiritu claruit sicut patet in
epistola quam misit ad Johannẽ euange
listam in pathmos insulam in exilio rele/
gatum. vbi ꝓphetauit ꝙ inde rediturus es/
set sic dicens. Gaude vere dilecte. vere ama
bilis: ⁊ desiderabilis: ⁊ diligibilis valde di
lecte. Et infra Ex custodia que est in path
mos dimitteris. ⁊ ad terram asie reuerteris
⁊ facies ibi boni dei imitatões. ⁊ his qui
erunt post te trades. Dormitioni beate
Marie interfuit. sicut ipse in libro de di/
uinis nominibus insinuare videt͛. Cũ
ergo audisset Petrũ ⁊ Paulũ rome a Ne/
rone in carceribus detineri. episcopum si/
bi substituit: ⁊ ad eos visitandos accessit.
Uerum cum illi ad dominuz feliciter mi
grassent. ⁊ postmodum Clemens preside
ret. ab ipso beato Clemente post aliquod
spacium temporis in franciam destinatur
⁊ sibi Rusticus ⁊ Eleuterius sociantur.
Missus igitur parisius venit ⁊ multos
ibidem ad fidem conuertit: ⁊ ecclesias plu
rimas fabricauit: et clericos diuersi ordis
collocauit. Tanta autem in ea gratia celi
tus emicuit. ꝙ cum sepius pontifices ydo
lorum contra eum seditionem populi con
citarent: et populus ad eum perdendum
sepe cum armis concurreret. mox illo vi/
so aut omni feritate deposita se eius pedi/
bus prouoluebant aut nimio timore solu
ti ab eius presentia fugiebant. Sed dya/
bolus videns et inuidens ꝙ quotidie sui
cultura decresceret. ⁊ multiplicatis fide/
libus ecclesia triumpharet: Domicianuz
imperatorem in tantam cõmouit seuitiaz
vt preceptum daret ꝙ quicunq̃ christia/
num aliquem reperiret: aut ipsum sacrifi/
care cogeret. aut diuersis supplicijs crucia
ret. Prefectus igitur Fescennin⁹ contra
christianos parisius a Roma directus.
beatum Dyonisium populo predicantez
inuenit: statimq̃ captum collaphizatum
consputum. derisum. ⁊ loris durissimis al
ligatum. cum sanctis Rustico ⁊ Eleute/
rio sibi presentari precepit. Cum ergo san
cti coram illo in confessione dei constãtes
astarent. ecce quedam matrona nobilis
aduenit. et virum suum lubrium turpiter
ab his magis deceptum asseruit. Pro ei⁹
vtiq̃ viro citius mittitur et in dei cõfessi/
one perseuerans iniuste necatur. Sancti
vero a duodecim militibus flagellant͛. De/
inde magno pondere cathenarum constri
cti carceri mancipant͛. Sequenti die dyo/
nisius super cratem ferream suppositis flã
mis nudus extenditur. vbi domino decan
tabat dicens. Ignitum eloquium tuum
vehementer. et seruus tuus dilexit illud.
Inde autem erigitur et ad bestias fero/
cissimas multo ieiunio excitatas proijci/
tur. Sed cum in eum impetuose currerẽt
signuz crucis opposuit et mansuetissimas
eas fecit. Deinde in clibanum iactatur.
sed extincto igne nil leditur. Cruci affigi
tur et diutius ibidem torquetur. Inde
depositus cum suis socijs et multis alijs
fidelibus carceri mancipatur. Ubi dum
missam celebraret. et populum cõmuni/
caret. dominus Jesus eidem cum immẽ
so lumine apparuit. et panem accipiens
ei dixit. Accipe hoc care meus. quia me
cum est maxima et ineffabilis merces
tua. Post hoc iudici presentati iterũ no
uis supplicijs mactantur: ⁊ iuxta ydolum

mercurij cū securibus triū capita in cōfes
sione trinitatis precidunt. Statimqꝫ cor
pus scti Dyonisij se erexit. et caput suum
inter brachia angelo duce. ⁊ celesti lumine
p̄cedente. per duo miliaria deportauit. a
loco qui dicit̄ mons martyrum vsqꝫ ad lo
cū vbi nunc sua electione ⁊ dei ꝓuidentia
requiescit. Tanta aūt ibidē angeloꝝ me/
lodia insonuit. vt inter mľtos qui audier̄t
⁊ crediderūt etiā larcia vxor prefati lubrij
christianam se esse clamauit. Et mox ab
impijs decollata ⁊ in suo sanguine bapti/
zata occubuit. Filius aūt eius nomīe vir
bius rome sub trib⁹ impatoribus milita/
uit. Deinde parisius rediens baptizatur
⁊ religiosorū numero sociat̄. Dum autem
infideles metuerēt ne sanctorū Rustici et
Eleuterij corpa christiani sepelirent. iusse
rūt vt in secana mergerent̄. D Ma
trona aūt quedā nobilis vectores ad prā/
dium inuitauit: et illis epulantibus sctōꝝ
corpa furtiue surripuit. ⁊ in agro suo occul
te sepeliri fecit. Que postea ẜecutoē cessā/
te inde sustulit. ⁊ corpi beati dyonisij hono
rifice sociauit. Passi sunt sub Domiciano
anno dñi. XCVI. etatis ſuo beati dyonisij.
XC. Circa annos dñi. DCCCXV. tem
pore Ludouici legati Michaelis impa/
toris constantinopolitani inter cetera mu
nera detulerūt Ludouico filio karoli ma/
gni libros Dyonisij de gerarchia de greco
in latinū translatos. Qui cū gaudio sunt
recepti. ⁊. XIX. infirmi in ipsa nocte in ec/
clesia eius curati. Cū apud arelatē san
ctus regulus ep̄us missarū solennia cele/
braret. apostoloꝝ noībus in canone reci/
tatis adiunxit. ⁊ beatis martyrib⁹ tuis dy
onisio rustico ⁊ eleuterio. Quo dicto cum
adhuc dei famulos viuere crederet. pluri/
mū mirari cepit. cur eoꝝ noīa sic nesciens
in canone ꝓtulisset. Et ecce eidem miran/
ti tres columbe apparuerūt sup crucez al/
taris residentes q sanctoꝝ martyrū noīa
habebāt suis pectorib⁹ sanguīe insignita.
Quas diligenter intuēs sctōs migrasse a
corpe intellexit. Circa annū dñi. dcxliij
Dagobertus rex francoꝝ. vt in quadā ha
betur cronica qui longe ante Pipinuz re/
gnauerat. a sua puericia sanctū Dyonisi/
um in magna veneratione habere cepit.

Nam ⁊ quando clotarij patris sui irā me
tuebat ad ecclesiam sancti dyonisij conti/
nuo fugiebat. Cum ergo factus iā rex mor
tuus fuisset cuidam sancto viro in visione
monstratum est ꝙ anima eius ad iudici/
um rapta fuit. ⁊ multi sancti suarum ec/
clesiarum expoliationem obijciebant eidē
Cum ergo mali angeli iam ad penas ra
pere eam vellent. affuit beatus Dyonisi⁹ ⁊
eius interuentu liberata est. et penaz eua/
sit. Forte em̄ eius anima ad corpus redijt
⁊ ibi penitentiam egit. Clodoueus rex
corpus sancti dyonisij minus religiose dis
cooperiens os brachij eius fregit ⁊ cupi/
de rapuit. qui mox in amentiam versus ē.
¶ Et nota ꝙ igmarus episcopus remen
sis dicit in epistola quam misit ad karolū
ꝙ iste Dyonisius missus in Galliam fuit
Dyonisius ariopagita vt supra dictū est.
Idem testatur Johannes scotus in epi/
stola ad karolum. Nec forte ratio ex com/
puto temporis cōtradicit. sicut aliqui ob
ijcere voluerunt.

CXLIX A

De sancto Calixto.

Alixt⁹ [illegible] anno dñi
CCXXII. sub Alexandro im/
peratore martyrium passus est
Cuius temporibus pars emi/
nentior vrbis Rome diuino est incendio
concremata. et sinistra manus Jouis au/
rea liquefacta. Tunc omnes sacerdotes
ad Alexandrum imperatorem venerunt
petentes vt dij irati sacrificijs placaren/
tur. Dum ergo offerrent subito celo se/
reno mane die Jouis diuino fulmine
quatuor sacerdotes ydolorum mortuisūt
et ara Jouis concremata est. et sol ob/
scuratus est. ita vt populus Romanus
fugeret extra muros. Audiens aūt Pal/
matius consul ꝙ Calixtus cum suis cleri/
cis trans tyberim latitaret. rogauit vt xpi
ani per quos hoc malū contigerat ad pur
gationez ciuitatis penitus delerent̄. Pal/
matius itaqꝫ potestate accepta: cum illuc
cū militibus ꝑperasset. sed illi protinus ex
cecati fuissent. territus Alexandro hoc ꝑri
nus nunciauit. Tūc impator iussit vt die
mercurij oīs populus cōueniret. et mer/

curio imolaret. vt ab eo super his respon sa acciperet. Quod dum fieret. virgo que dam templi noie iuliana arrepta a demone exclamauit. Deus calixti est verus et viuus deus qui nostris est pollutionibus indignatus. Quod audiens palmatius trans tyberim ad vrbem rauenantiū ad sanctum calixtum accessit. & cū vxore sua et familia se ab eo baptizari fecit. Quod audiens imperator eum accersitum simplicio senatori tradidit. vt verbis blādis eum moneret ex eo q reipublice plurimū necessarius esset. Palmatio ꝓo ieiunijs et orationibꝫ perseuerante. ven. t. ad eum quidam miles promittens q si vxorem suam paralyticam sanaret continuo crederet. Cum ergo palmatius oraret. illa sanata ad palmatiū cucurrit dicēs. Baptiza me in noie christi qui tenuit manū meam et alleuauit me. Tunc calixtus veniens ipsam cuȝ viro suo & simplicio & multꝫ alijs baptizauit. Quod audiēs imperator iussit omnes baptizatos decollari. calixtum ꝓo quinqꝫ diebus sine cibo & potu manere fecit. Ille autem videns eū amplius confortari iussit eum diebus singulis fustigari. deinde per fenestram precipitatū alligatumqꝫ saxo in puteuȝ precipitari. Asterius autem presbyter corpus eius de puteo eleuauit. & ipsum in cimiterio calipodij sepeliuit.

CL A

De sancto Leonardo

Eonardus dicit odor populi. a leos quod est populus et nardus quod est herba redolens. quia odore bone fame populum ad se trahebat. Vel leonardus dicitur q̄si legens ardua. Vel leonardus dicitur a leone. Leo enim q̄ttuor habet in se Primo habet fortitudinē quam fortitudinem vt dicit Isido. habet in pectore & in capite. Sic beatus leonardus habuit fortitudinem in pectore per malarum cogitationū refrenationē. & in capite per infatigabilem supernorꝫ contemplationem. Secundo habet sagacitatē. & hoc in duobus scȝ in apertione oculorꝫ cum dormit. & in deletione vestigiorꝫ cum fugit. Sic leonardus vigilauit per laborem actionis. & vigilando dormiuit per quietem contemplationis. & in se deleuit vestigia totiꝰ mūdane affectionis. Tertio habet virtuositatem in voce. quia eius vox tertia die suscitat leunculū natum mortuū & oēm bestiā figere facit gradum. Sic leonardus multos mortuos in peccatis suscitauit & multos bestialiter viuentes in operibus bonis fixit. Quarto habet timorem in corde. quia fm Isidorꝫ duo timet. s. strepitum rotarū et ignem accensum. Sic leonardus timuit & timendo vitauit strepitum mūdane solicitudinis & ideo in desertum fugit. et ignem terrene cupiditatis. & ideo omnes thesauros sibi oblatos contempsit. B

Eonardus fuisse dicit circa annum dñi. d. Hic a sancto remigio remēsi archiepō d sacro fonte leuatꝰ. & ab ipso salutaribus disciplinis instructus est. Cuiꝰ parentes primi in palatio regis francie habebant. Hic tantam grām a rege obtinuit. q oēs incarcerati quos ipse visitabat ꝓtinꝰ absoluebant. Cum igitur fama sanctitatis eius excresceret. rex multo tpe eum secum manere coegit. donec oportuno tempe ei epatum donaret. Quod ille renuit & solitudinem desiderans relictis omnibꝫ aurelianū predicando cum fratre suo lysardo deuenit. Ubi postqꝫ in quodam cenobio aliqꝫ diu vixerunt. dum lysardus sup ripam ligeris solitarius manere vellet. et leonardus per spūſancti admonitionem in aquitania disponeret predicare. osculātes se ab inuicem discesserūt. Leonardus igitur vbiqꝫ predicans. multa miracula exercens. in quadam silua ciuitati lemonice vicina habitauit. vbi erat aula regia causa venationis constructa. Accidit autē vt q̄dam die rex ibi venaret & regina illuc causa delectatiōis egressa partu periclytaretur. Cum ergo rex & familia ꝓpter regine periclytatione lugerent. & leonardus per nemus transiret & gementiū voces audiret. pietate cōmotus illuc ꝓperauit & a rege vocatus. ꝓtinus introiuit. Cum igit a rege interrogatus quis esset. & se sancti remigij discipulum fuisse narraret. rex speȝ bonam concipiens. & a bono mgr̄o ipsuȝ be-

ne instructum existimans. ipsum ad reginam induxit. rogãs vt suis precibus ꝺ recuperata coniuge ⁊ edita ꝓle duplex gaudium obtineret. Tunc ille oratione fusa. quod petebat protinus impetrauit. Cuꝫ autem rex multa in auro ⁊ argēto sibi offerret ille protinus recusauit. admonens vt hec paupibus daret dicēs. Ego nullis horum indigeo. sed tantū in aliqua siluarum ꝯtemptis huius mundi diuitijs soli christo famulari desidero. Cum autē rex totum illud nemus sibi tradere vellet. ille ait. Non totum illud accipio. sed q̄ntum nocte cum meo asello circuīre potero. tantum mihi concedi exopto. Quod rex libētissime adimpleuit. Constructo itaqꝫ ibidem monasterio ibi diu cum adiunctis sibi duobus monachis in abstinentia multa degebat. Cum autem aqua vno ab eis miliario distaret. puteum ibidem siccum penitus fodi iussit quem aqua ōnibꝰ suis impleuit. Locum autem illum nobiliacum appellauit. eo ꝙ a rege nobili traditꝰ sibi fuisset. Ibi tantis miraculis choruscauit. ꝙ quicūqꝫ eius nomen in carcere inuocasset. mox ruptis vinculis nullo ꝯtradicente liber abiret. ⁊ suas eidem catenas vel compedes p̄sentaret. Horum plures secum manebant. ⁊ ibidem dn̄o seruiebant. Septem quoqꝫ familie de eius nobili stirpe venditis omnibus ad eum venerūt. et distributo singulis nemore ibi cū ipso manentes exemplo suo plurimos attraxerūt. Deniqꝫ sanctus vir leonardus multꝫ clarus virtutibus octauo idus nouembris ad dn̄m migrauit. Ubi postq̄ꝫ multa fecisset miracula. clericis illius ecclesie ē reuelatum. vt quia locus ille ꝓpter multitudinis frequentiā artus erat. alibi ecclesiā fabricarent. ⁊ illuc corpus sancti leonardi honorifice transportarēt. At illi cū populo triduano ieiunio ⁊ orationi insistentes. respicientes viderunt totam ꝓuinciā niue coopertam. locum autem illum in q̄ sanctꝰ leonardus quiescere volebat oīno vacuum ꝯspexerunt. Ibi itaqꝫ translatus q̄nta miracula precipue circa incarceratos dn̄s per eum faciat. imensi ferri varietas ante eius tumulum dependentis testꝫ existit.

Uicecomes lemonicensiū ad terrorem malorum quandam grauissimaꝫ catenam fecerat. quam in cyppo sue turris affigi mandauerat. Qua catena quicūqꝫ collo cingebatur. cuilibet aeris intemperiei expositus non vna. sꝫ quasi mille mortibus angebatur. Accidit autem vt quidam seruus sancti leonardi illa catena sine culpa ligaretur. Qui cum fere vltimū spiritum efflaret. intra se quo potuit toto sanctum leonardum affectu rogauit vt q̄ alios liberaret sibi quoqꝫ seruo suo subueniret. Statimqꝫ sanctus leonardus ī veste candida sibi apparens dixit. Noli timere. quia non morieris. Surge ⁊ hāc catenam tecum ad ecclesiam meaꝫ deferas. Sequere me. quia ego precedam te. Qui consurgens ⁊ catenam accipiens. sanctū leonardum precedentē vsqꝫ ad ecclesiam suam secutus est. Statimqꝫ vt ante fores fuit. beatus leonardus ipsum dimisit. et ecclesiam intrans que sanctus leonardus sibi fecerat omnibus enarrauit. ⁊ catenaꝫ illam tam maximam ante tumulū eiꝰ suspendit.

Uir quidam in loco sancti leonardi nobiliaco habitans ⁊ eidem sancto valde fidelis existens. a quodam tyranno captus est. Qui tyrannus intra se cogitans dicebat. Leonardus iste omnes cōpeditos absoluit. ⁊ omnis vis ferri ante eum velut cera ante ignem liquescit. Si hunc igitur vinculis ligauero protinꝰ leonardus aderit ⁊ ipsum liberabit. Si autem ipsum custodire possem mille solidis ipsum redimi facerem. Scio igitur quid faciam. In turre mea ꝓfundam foueā faciam. ⁊ hominem hunc compedibꝰ agg̃uatum ibidem submergam. deinde super os fouee ligneā arcam construam in q̄ armatos milites accubare faciam. Licꝫ eni leonardus ferrum confringat. tamen nōdum sub terram intrauit. Quod cum totum vt cogitauerat compleuisset. ⁊ ille homo sanctum leonardum sepius inclamaret. leonardus nocte veniens arcam in q̄ iacebant milites reuoluit ⁊ tanq̄ꝫ mortuos in sepulchro ita eos sub ipsa conclusit. Deinde cum multa luce foueam ingressus. manū fidelis sui tenuit ac dixit. Dormis an vigilas. Ecce leonardus queꝫ tu desideras. At ille admirans ait. Domine

adiuua me. Confestim confractis catenis apprehensum proprijs vlnis extra turrim portauit. Deinde secum sicut amicus cū amico confabulans vsq3 ad locum suum et domum ipsum deduxit. ¶ Peregrinus quidam cum a visitatione sancti leonardi redisset. ⁊ in auernia captus ī cauea inclusus esset. eos plurimū deprecabatur. vt amore sancti leonardi cū3 nihil vnq3 eos offendisset. eum relaxare deberent. Qui responderunt ꝙ nisi se copiose redimeret non exiret. Et ille. Sit int̃ vos et sanctum leonardum cui me sciatis recommendatum. Sequenti igitur nocte sanctus leonardus domino illius castri apparuit. ⁊ vt peregrinū suum dimitteret imperauit. Ille ꝟo mane euigilans ⁊ visionem quasi somniū ꝑuipendens. nullatenus dimittere voluit. Altera nocte eadem imperans sibi apparuit. Sed ille iterum obedire contempsit. Tertia ꝟo nocte sanctus leonardus peregrinū accipiēs extra oppidum deduxit. statimq3 turris cū3 media parte castri corruens. oppressis pluribus solum principem ad sui cōfusionē3 fractis cruribus reseruauit. ¶ Miles q̃dam in britānia incarceratus sanctū leonardum inuocabat. Qui statim cunct9 videntibus ⁊ cognoscentib9 ⁊ stupentib9 in media domo apparuit. ⁊ carcerem intrās et vincula frangens homini catenas in manibus posuit. ⁊ per medium illorū deducens omnes stupore perterruit. ¶ Fuit et alius leonardus eiusdem professionis et virtutis. cuius corpus apud corbiacū3 requiescit. Hic cum in monasterio eēt p̃latus. tanta se humilitate deijciebat. vt oībus inferior videretur. Sed cum omnis pene populus ad eum confluceret. quidā3 inuidi regi clotario suaserunt ꝙ nisi preuideret. per leonardum qui multos sub obtentu religionis colligebat: regnū francie detrimentum non modicum sustinere3 Quibus rex nimis credulus eum expelli iussit. Venientes autem milites adeo ei9 verbis compuncti sunt. ꝙ se suos futuros discipulos spoponderunt. Rex quoq3 penitens veniam petijt. ⁊ detractores rebus et honoribus priuauit. ⁊ sanctum leonardum valde dilexit ⁊ vix ad preces sancti detractores dignitati p̄stine restituit. Qui a deo similiter impetrauit. vt quicunq3 ī carcere tenerentur mox inuocato suo nomine soluerentur. Dum autem quadā3 die orationi incumberet. serpens quidā3 maxim9 a parte pedum vsq3 in eius sinū tetendit. Qui propter hoc nullaten9 ab oratione surrexit. Completa ꝟo oratione dixit ei. Scio quia ab initio creationis tue homines q̄ntum preuales inquietas. sed nunc si in me tibi tradita est potestas. fac in me quicquid merui. Quo dicto serpēs per caputium exiliens ad pedes ei9 mortuus corruit. Post hoc autem cum duos episcopos discordantes sedasset in crastinum se finiendum predixit circa ānos domini. dlxx.

CLI — A

De sancto Luca

Lucas interpretatur ipse consurgens vel eleuans. vel dicitur lucas a luce. Ipse enī3 fuit consurgens ab amore mundi eleuans se in amorem dei. Fuit etiam lux mundi eo ꝙ mundū illuminauit vniuersum. Matth. V. Vos estis lux mundi. Lux autem mundi est ipse sol. que q̃dem lux habet in situ sublimitatē. Eccl. XXVI. Sol oriens mundo in altissimis dei. In aspectu delectabilitatē3. Eccl. XI Dulce lumen ⁊ delectabile est oculis videre solem. In motu velocitatē3. II. Hesdre IIII. Magna est terra ⁊ excelsum ē celum. ⁊ velox cursus solis. In effectu vtilitatem. quia s̃m p̄hm homo generat hominem ⁊ sol. Sic lucas habuit sublimitatem per celestium contemplationē. delectabilitatem per dulcem ꝯuersationē3. velocitatem per feruentem predicationem. vtilitatem per doctrine sue ꝯscriptionem.

Lucas syrus natione ¶ B antiochenus arte medicus fuit s̃m quosdā3 vnus de septuagintaduobus domini discipulis. Sane cum Hieronymus dicat eum fuisse discipulum apostolorum non domini. ⁊ glosa super. XXV. Exodi notet ꝙ domino predicanti non adhesit. sed post re

surrectionem eius ad fidem venit. magis
tenendū est ꝙ non fuerit vnus de septua/
gintaduob; licet aliqui sic fuerint opinati
Qui tante fuit ꝑfectionis ꝛ vite vt opti/
me ordinatus fuerit q̃ītum ad deū et qn/
tum ad ꝓximū ꝛ q̃ītuꝫ ad seipsum ꝛ q̃ītū
ad suū officium. Et in signum huius q̃/
druplicis ordinatiōis quattuor facies ha
bere describitur. scilicet faciem hoīs ꝛ leo/
nis. bouis ꝛ aquile. Quodlibet enī de ani
malibus habebat quattuor facies ꝛ quat
tuor pennas vt dicitur Ezech. I. Et vt hō
melius videatur, imaginemur aliqđ ani
mal, quod habeat caput quadratū. vt li/
gnum quadratū. ꝛ in qualibet superficie
imaginemur vnam faciem a parte ante/
riori faciem hominis. a dextris faciem leo
nis. a sinistris faciem vituli. a parte poste
riori faciem aquile. Quia vero facies aq̃
le super alias eminebat ꝓpter colli produ
ctionem quod in ea longum est. ideo dicit̃
ꝙ erat desuper. Quodlibet etiam horum
quattuor pennas habebat. quia cum qđ/
libet animal quasi quadratū imagiemur
et in quadrato sint quattuor anguli in q̃/
libet angulo erat vna penna. Per ista q̃t/
tuor animalia ſm sanctos quattuor euā/
geliste significant̃. quorum licet quilibet
habuerit quattuor facies scribēdo scilicet
de humanitate. passione. resurrectione. et
diuinitate. singule tamen singulis ꝑ quan
dam appropriationē attribuunt̃ ſm hie/
rony. Mattheus ī homine figurat̃. quia
p̃ncipaliter circa christi humanitatē imo
ratur. Lucas in vitulo agens de christi sa
cerdotio. Marcus in leone euidentiꝰ scri
bens de resurrectione. Catuli enim leonū
vt dicunt vsq; in diem tertium quasi mor
tui iacent. sed rugitu leonis ī die tertio ex
citantur. Item quia incepit a rugitu p̃di/
cationis. Johānes ī aquila ceteris altius
volās scribens đ christi diuinitate. Chri
stus etiam de quo scribunt omnia ista q̃t/
tuor fuit. scilicet homo, natus de virgine.
vitulus in passione. leo in resurrectione.
aquila, in ascensione. Per has igitur quat
tuor facies in quibus designatus est lucas
sicut quilibet alius euangelista ostendit̃
qualiter illis quattuor modis fuerit ordi
natus. Nam per faciem hominis ostendi

tur ꝙ recte fuerit ordinatus q̃ītum ad ꝓ/
ximum quem debet ratione instruere mā/
suetudine attrahere. ꝛ libtate fouere. Ho
mo enī est animal rationale mansuetū et
liberale. Per faciem aquile ostendit̃ ꝙ re/
cte fuerit ordinatus q̃ītum ad deum. q̃ri
eo oculus intellectus ꝯtuetur deum ꝑ cō/
templationem. rostrum affectus ad ipsuꝫ
exacuitur per meditationē. senectus effe/
ctus abijcitur per nouam ꝯuersationem.
Aquila enim acuti luminis est vt rotam
solis irreuerberat; oculis aspiciat. ꝛ in al/
tum mirabilit̃ eleuata pisciculos ī medio
maris videat. Rostrum etiam nimis adū
catum ne impdiatur in cibo capiendo pe
tre allidit ꝛ sic vsui cibandi habile efficit.
Exusta insuper a calore solis ꝛ in fonteꝫ
magno impetu se proijciens, senectutem
abijcit. calore solis oculorum caliginē cō/
sumente ꝛ pennas alleuiante. Per faciem
leonis ostenditur ꝙ recte fuerit ordinatꝰ
q̃ītum ad se. quia habuit generositateꝫ ꝑ
honestam morum ꝯuersationē sagacita/
tem per insidiarum hostiliū vitationem ꝛ
passibilitatem per afflictoꝝ compassionē.
Leo enim est animal generosum. quia rex
animaliū. Est sagax quia vestigia cauda
delet cum fugit ne inueniat̃. Passibile q̃r
quartanā patitur. Per faciem vituli siue
bouis ostenditur ꝙ recte fuerit ordinatus
q̃ītum ad suū officium. quod fuit scribere
euangeliū. Ibi enim morose processit. q̃r
incepit a natiuitate precursoris ꝛ natiuita
te ꝛ infantia christi. ꝛ sic paulatim ꝓcessit
vsq; ad vltimam ꝯsummationē. Discre/
te icepit. quia post alios duos euāgelistas
vt quod illi omisissent iste suppleret. ꝛ qđ
sufficient̃ dixissent omitteret. Circa tem/
plum ꝛ sacrificiū immoratus fuit. quod
patet in p̃ncipio ꝛ in medio ꝛ ī fine. Bos
enim est animal morosum. in vngulis fis/
sum. per quod intelligit̃ discretio imolan/
tium. ¶ Uerum qualiter beatus lu
cas in predictis quattuor modis ordina/
tus fuerit. melius ostendit̃ si vite eiꝰ seri/
es melius indaget̃. Primo igitur ordi
natus fuit q̃ītum ad deum. Tripliciť au/
tem ordinatur, homo q̃ītum ad deum ſm
beatum Bern̄. scilicꝫ affectiōe cogitatiōe
et intentione. Affectio dꝫ eē sancta. cogita

tio munda. ꝛ intentio recta. Affectionem
igitur sanctam habuit. quia spiritusan/
cto plenus fuit. Hierony. in prologo sup
lucam. Obijt inquit in bithinia plen⁹ spi
ritusancto. Secūdo habuit cogitationez
mundam. quia fuit virgo corpore ꝛ men
te. in quo notaꝛ mūdicia cogitatiōis ipsi⁹
Tertio habuit intentionē rectaz. quia in
oībus que faciebat honorem dñi quere/
bat. De his duobꝫ vltimis dicitur in ꝓlo
go super actus aploꝝ. Sine crimine i vir
ginitate permanens. Hoc q̄ztum ad mū
diciam cogitatiōis. Dño maluit seruire. i.
ad honorem dñi. Hoc q̄ztū ad rectitudi/
nem intentionis. Secūdo fuit ordina/
tus q̄ztum ad ꝓximū. Ad ꝓximū aūt or/
dinamur cuz ei impendim⁹ qđ debemus
Tria autem ƀm Richardum de sancto
victore sunt que proximo debemus scili/
cet nostrum posse. nostruz nosse. nostrum
velle. ꝛ vt q̄rtum addaꝛ nostrum agere.
Nostrum posse in subsidijs. nostrū nosse i
consilijs. nostrū velle in desiderijs. nostrū
agere in obsequijs. Quantū ad hec q̄ttu/
or ordinatus fuit beatus lucas. Dedit ei
primo ꝓximo posse suū in subsidijs quod
patet ex hoc q̄ paulo in oībꝫ tribulatiōibꝫ
semꝑ adhesit. ꝛ ab eo nunq̄ȝ discedens ei/
dem in p̄dicationis subsidiū fuit. II. Ti/
moth. IIII. Lucas est mecū solus. In h̄
q̄ dicit mecum tanq̄ȝ scilicet adiutor ꝛ de
fensor. notaꝛ qualiter sibi subsidia prestitit
In hoc q̄ dicitur solus notaꝛ q̄ ꝯstanter
eidem adhesit. Iterū. II. Corinth. VIII.
dicit de luca. Non solum autem sed ordi/
natus est ab ecclesijs socius ꝑegrinatiōis
nostre ꝛc. Secūdo suū nosse i ꝯsilijs. Tūc
eni suū nosse ꝓximo tribuit. cum doctrinā
apostolicā ꝛ euangelicā quam ipse noue/
rat ad vtilitatē ꝓxioꝝ ꝯscꝑsit. De hoc ipse
testimoniū sibi perhibet in ꝓlogo suo di/
cens. Visum est ꝛ mihi assecuto a princi
pio diligenter ex ordine tibi scribere opti/
me theophile vt agnoscas eoꝝ verborum
de quibus es eruditus veritatem. Qua/
liter etiam prebuit suū nosse in cōsilijs pa
tet ex illo verbo quod dicit hierony. in ꝓlo
go. quia eius verba anime languentiꝫ sunt
medicina. Tertio eius velle in desiderijs
q̄ patet ex hoc q̄ eis salutem eternam de/
siderauit. Col. IIII. Salutat vos lucas
medicus. id est. salutem eternam exoptat
Quarto eius agere in obsequijs. qđ patz
ex hoc q̄ dñm quem aliquem ꝑegrinū ex/
timabat hospitio recepit. ꝛ ei omne obseq̄
um charitatis exhibuit. Fuit enim soci⁹
cleophe dum ibat in emaus sicut aliq̄ di/
xerunt prout refert Greg⁹. in moralibus
licet Amb. dicat alium fuisse cuius etiaz
nomen ponit. Tertio fuit bñ ordi
natus q̄ztum ad seipsum. Tria autem
sunt ƀm Bern. que optime ordinant ho/
minem ad seipsum ꝛ sanctum faciunt sci
licet victus sobrius. actus iustus sensus
pius. Et quodlibet hoꝝ ƀm ipsuz Bern. i
tria diuidiꝛ. Victus inquit sobrius erit.
si ꝯtinenter. si socialiter. si humiliter vixe
rimus. Actus iustus erit. si fuerit rectus
discretus. fructuosus. Rectus per bonam
intentionē. discretus per moderationem.
fructuosus per edificationē. Sensus pius
erit. si fides nostra sentit deum summe po
tentem. summe sapientē. summe bonum.
vt per eius potentiā nostram credamus
iuuari infirmitatē. per eius sapientiā no/
stram credamus corrigi ignorantiā. ꝑ ei⁹
bonitatem nostram credamus dilui iniq̄
tatem. Hec Bern. In his omnibꝫ beat⁹
lucas fuit optime ordinatus. Primo eniz
habuit victum sobrium. ꝛ hoc tripliciꝛ q̄r
vixit continenter. Nam vt testatur hiero
ny. de eo in prologo super lucam ipse nec
vxorem vnq̄ȝ habuit nec filios. Secūdo
socialiter hoc notatur in hoc q̄ dicitur de
ipso ꝛ de cleopha. supposita opinione pre/
dicta Lu. vltiꝫ. Duo ex discipulis iesu ibāt
ipsa die ꝛc. Socialitas enim notatur in
hoc q̄ dicitur duo. ꝛ in hoc q̄ dicitur disci/
puli. q. disciplinati. id est. bene morigerati
Tertio humiliter. cuius humilitas insi/
nuaꝛ in hoc q̄ nomē socij sui. scilicet cleo/
phe expressit ꝛ suū tacuit. Nam ƀm opi/
nionem quorundam lucas ex humilitate
nomen suū siluit. Secundo habuit actuz
iustum. qui quidem actus fuit rectus per
intentionē. hoc notatur in oratione cū di/
citur. Qui crucis mortificationē iugiter i
suo corpore ꝓ tui nomis amore portauit.
Discretus per moderationem. Unde in
forma bouis monstratus est qui vngulā

findit. per quod virtus discretionis exprimitur. Fructuosus per edificationē adeo quippe fuit proximis fructuosus ꝙ ab oībus charissimꝰ habebat̄. Vñ Col. IIII. vocatur ab apostolo charissimꝰ. Salutat inquit vos lucas medicus charissimꝰ. Tertio habuit sensum pium. quia credidit ⁊ in suo euangelio professus est deum esse summe potentem. summe sapientem summe bonum. De duobus primis dicit in .iiij. c. Stupebant in doctrina eius. quia in potestate erat sermo ipsius. De tertio patet. xviij. c. Nemo bonus nisi solus deꝰ.

Quarto ⁊ vltimo fuit optime ordinatus q̄tuꝫ ad suū officium. quod fuit scribere euangeliū. In hoc autem patet qualiter ibi fuerit ordinatus. quoniam ipsuꝫ suū euangeliū fulcitur multa veritate. repletur multa vtilitate. decoratur mlta venustate: ⁊ autenticat̄ multorum autoritate. Primo nanqꝫ fulcitur multa veritate. Est autem triplex veritas. scilicet vite iusticie ⁊ doctrine. Veritas vite est adeq̄tio manus ad linguam. Veritas iusticie est adequatio sententie ad causam. Veritas doctrine est adequatio rei ad intellectum. Hac triplici veritate ipsum euangelium fulcitur. quia in ipso euangelio h̄ triplex veritas edocetur. Ostendit enim lucas ⁊ christum hanc triplicem veritatem in se habuisse ⁊ alios docuisse. Ostendit autem christum hanc triplicem veritatem i se habuisse per testimoniū aduersarioꝝ. sicut patet Lu. XX. Magister scimus. quia recte dicis ⁊ doces. Ecce veritas doctrine. Et non accipis personā. Ecce veritas iusticie. Sed in veritate viam dei doces. Ecce veritas vite. Bona eni via dicitur via dei. Secundo ostendit in ipso suo euangelio christum hanc triplicem veritatem docuisse. Primo enim ibidem docetur veritas vite que ꝯsistit in obſuatione mandatoꝝ dei. Unde dicitur. x. ca. Diliges dñm deum tuū ⁊c̄. Hoc fac ⁊ viues. Item. xviij. interrogauit eum quidā. Magister quid faciendo vitam eternaꝫ possidebo. Et sequitur. Mandata nosti Non occides ⁊c̄. Secundo veritas doctrine. Unde quibusdam hanc veritateꝫ doctrine peruertentibus dicebat. XI. caplo Ve vobis phariseis qui decimatis. id est decimanda predicatis. mentam rutam ⁊ omne olus ⁊ preteritis iudicium ⁊ charitatem dei ⁊c̄. Item ibidem. Ve vobis legisperitis qui tulistis clauem scientie ⁊c̄. Tertio veritas iusticie. Unde dicit̄. XX. c. Reddite ergo que cesaris sunt cesari. et que dei sunt deo. Item. xix. c. Veruntam̄ inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc ⁊ interficite ante me. Item. xiij. vbi agitur de iudicio vbi reprobis dicturus est. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. ¶ Secundo eius euangeliū repletur multa vtilitate. Unde ⁊ ille qui scripsit medicꝰ fuit ad designandum ꝙ nobis medicinaꝫ vtilissimam ꝓpinauit. Est autem triplex medicina. curatiua preseruatiua. ⁊ melioratiua. Hanc triplicem medicinam nobis lucas in suo euangelio celestem medicum ostendit propinasse. Medicina autē curatiua est que curat a morbo. ⁊ hec est penitentia que omnes morbos spirituales curat. Hanc medicinam dicit medicum celestem nobis exhibuisse cuꝫ ait. IIII. c. Sanare contritos corde predicare captiuis remissionem ⁊c̄. Item. V. c. Non veni vocare iustos ⁊c̄. Medicina melioratiua est que sanitatem auget. ⁊ hec est obſuatio consiliorum. Consilia enim hominem meliorem ⁊ perfectioreꝫ faciūt. Hāc medicinam ostendit nobis medicum propinasse. XVIII. capitulo cum ait. Omnia quecunqꝫ habes vende ⁊ da pauperibus ⁊c̄. Item. VI. capitulo. Ab eo qui aufert tibi vestimentum ⁊c̄. Medicina autem preseruatiua est que preseruat a casu. ⁊ h̄ est vitatio occasionū peccandi ⁊ malaruꝫ societatum. Hanc medicinam ostendit medicum tradidisse cum ait. XII. capitulo. Attendite a fermento phariseorum ⁊c̄ Ubi edocet malorum consortia euitare. Vel potest dici ꝙ ipsum euangeliū multa vtilitate repletur. quoniam in ipso virtus omnis sapientie continetur. De hoc sic dicit Ambros. Lucas omnes sapientie virtutes euangelij sui complectitur historia. Docuit enim naturalia cum de spiritusancto dñicam incarnationem extitisse reserauit. Unde ⁊ dauid naturalē do-

cens sapientiam ait. Emitte spiritum tu-
um ⁊ creabunt. Item cū docuit tenebras
in passione christi factas. terram tremuis-
se. solem radios abstraxisse. Docuit mora
lia cum in ipsis beatitudinib⁹ mores do-
cuit. Rationalia docuit cum ait. Qui fi-
delis est in minimo: ⁊ in magno fidelis est.
Sine hac triplici sapientia. ipsa fides ip
sum mysterium trinitatis esse non potest
hoc est naturali. rationali: ⁊ morali. Hec
Amb. Tertio eius euangeliū decorat
multa venustate. Eius enim stilus ⁊ mo
dus loquendi valde venustus ⁊ decorus
est. Ad hoc autem q̄ aliquis in dictis su-
is venustatem ⁊ decorem teneat. tria sunt
necessaria que tradit Aug⁹. scilicet vt pla
ceat. vt pateat: ⁊ vt moueat. Ut placeat
debet loqui ornate. vt pateat debet loqui
aperte: vt moueat debet loqui cum feruo-
re. Hūc triplicem modum habuit lucas
et in scribendo ⁊ in predicādo. De duob⁹
primis. II. Corinth. VIII. Misim⁹ au-
tem cum illo fratrem glosa. barnabaz vel
lucam. cuius laus est in euangelio p̄ om-
nes ecclesias. In hoc q̄ dicitur cui⁹ laus
est ⁊c̄. notatur q̄ locutus est ornate. In h̄
q̄ dicitur per omnes ecclesias. notatur q̄
locutus est aperte. q̄ autem cum feruore
locutus sit patet ex hoc q̄ cor ardens ha-
buit dicens. Nonne cor nostrū ardēs erat
in nobis ⁊c̄. ¶ Quarto eius euange
lium autēticat multoꝝ autoritate. Mul-
torum quippe autoritate autenticatū fuit
Quoniam a patre fuit preordinatū. Hie
re. XXXI. Ecce dies veniunt dicit domi-
nus. ⁊ feriam domui israel ⁊ domui iuda
fedus nouū. non s̄m pactum quod pepi-
gi cum patribus eorum ⁊c̄. Sed hoc erit
pactum quod feriam cuz domo israel. p⁹
dies illos dicit dñs dabo legem meam in
visceribus eorum ⁊c̄. Ad litteram loqui-
tur de doctrina euangelica. Secundo
a filio corroboratum. Unde dicitur in eo
dem euangelio XXI. capitulo. Celum et
terra transibunt. verba autē mea non trā
sibunt. Tertio a spiritusancto inspira
tum. Unde dicit Hieronymus in prolo-
go super lucam. Sancto instigante spiri-
tu in achaie partibus hoc scripsit euange
lium. Quarto ab angelis prefiguratū

Fuit enim prefiguratū ab illo angelo de
quo dicitur Apocal. XIIII. Vidi ange-
lum dei volantem per medium celi habē
tem euangeliū eternū. Istud autem euā-
gelium dicitur eternū. quia ab eterno effi
cienter. id est. a christo qui est eternus. de
eternis materialiter. ad eterna finaliter. in
eternū perpetualiter. Quinto a p̄phetis
prenunciatū. Nam ezechiel p̄pheta istud
euangeliū prenūciauit. cum vnū de ani-
malibus faciem vituli habere dixit. p̄ qd̄
euangelium luce signatum est vt. s̄. dictū
est. Item quando dixit Ezech. II. se vidis-
se librum qui erat scriptus intus ⁊ foris. ⁊
in quo erant scripta lamentum carmen ⁊
ve. Per hunc enim librum intelligit euā-
gelium luce. quod est scriptum intus per
profundi mysterij occultationē. ⁊ foris p̄
historie apertionem. In quo etiam conti-
netur. lamentum passionis. carmen re-
surrectionis. ⁊ ve eterne damnatiōis. sic̄
patet. XI. capitulo vbi multa ve ponunt.
Sexto a virgine reseratum. Virgo enī
beata omnia in corde suo ꝯseruabat. ⁊ di
ligenter ꝯferebat. vt dicit Luc. II. vt hec
tus iulianus dixit ꝙ nō religiōis gratia sed
metu belli iminentis militie renunciaret.
Cui martinus intrepidus respondit. Si
hoc ignauie nō fidei ascribitur crastina die
ante aciem inermis astabo. ⁊ in nomīe xp̄i
signo crucis nō clipeo protectus aut galea
hostiū cuneos penetrabo securꝰ. Unī custo
diri iubet̄: vt inermis vt dixerat barbaris
obijceret̄. Sed die sequenti hostes legatio
nem miserunt sua oīa seq̄ʒ dantes. Unde
non dubiū est meritis sancti viri talem vi/
ctoriam sine sanguine datā esse. Exinde
relicta militia ad sanctum hylariū picta/
uensem episcopū perrexit. ⁊ ab eo accolitꝰ
ordinatus monetur a domino per sopore̅
vt parentes suos adhuc gentiles visitaret
Profectus igitur: multa aduersa passurū
se eē predixit. Nā inter alpes incidit in la/
trones. Cunq̄ʒ vnus securim in caput eiꝰ
vibrasset. ictum ferientis dextre sustinuit
alter. Uinctis tamen post tergum mani/
bus vni eorum custodiendus tradit̄. Per/
cunctanti vero latroni an timuisset. respon
dit nunq̄ʒ se ita fuisse securum. quia sci/
ret misericordiam dei maxime in tempta/
tionibus affuturam. Incipiensq̄ʒ latroni
predicauit ⁊ ip̄m ad fidem christi conuer/
tit. Qui martinū ad viam reducens. lau/
dabilem postmodū vitā duxit B Cū
aūt mediolanū preterisset dyabolus in hu
mana specie sibi obuius fuit. ⁊ quo tende/
ret requisiuit Cui cum respondisset se quo
cum dominꝰ vocaret tendere. ille ait Quo
cunq̄ʒ ieris dyabolus tibi aduersabit̄. Cū
aūt martinus sibi respondisset: dn̄s michi
adiutor est. nō timebo quid faciat mihi ho
mo. statim ille euanuit. Itaq̄ʒ matre̅ ꝯuer
tit. pater vero in errore permansit Sed cū
heresis arriana per totū orbe̅ pullularet ⁊
ille pene solus obsisteret publice cesus ⁊ de
ciuitate eiectus mediolanū redijt. ⁊ ibi sibi
monasteriū statuit. Sed inde ab arrianis
eiectus. ad insulā gallinariā cum vno solo
presbytero perrexit. vbi elleborū grame̅ ve/
nenatū inter alias herbas in cibum sum/
psit. ⁊ vicinā mortem sentiēs oīme pericu/
lum ⁊ dolorem virtute orationis fugauit.
Audiens vero ꝙ beatus hylarius de ex
ilio rediret obuiam ei profectus est. ⁊ iuxta
pictauū monasteriū ordinauit. Ubi cum
quendā adhuc cathecuminū haberet. pa/
rumper a monasterio discedens. ⁊ rediens
reperit eū sine baptismo defunctū. Que̅ in
cellam ducens: ⁊ super eius corpus se pro
sternens. ip̄m sua oratiōe ad vitā pristinā
reuocauit. Idem vero homo referre ꝯsue/
uit ꝙ dum super eum data sententia obscu
ris locis deputatus fuisset per duos ange/
los iudici est suggestum hunc esse pro quo
martinus oraret. Jussum est igitur vt per
ip̄os duos reduceretur. ⁊ martino viuus
redderetur. Aliumī insuper qui laqueo
vitam finierat vite restituit. Uerū cum
plebs turonica episcopo careret. ip̄m pluri
mum renitentem sibi ordinari petijt. Qui
dam autem ex episcopis qui conuenerant
eo ꝙ deformis esset habitu ⁊ vultu despica
bilis resistebant. Inter quos precipuus fu
it quidam nomine defensor. Sed cum le/
ctor tunc deesset: quidam accepto psalte/
rio primum quem inuenit psalmum legit.
vbi versus hic erat. Ex ore infantium ⁊ la
ctentium perfecisti laudem: vt destruas
inimicum ⁊ defensorem. Et sic ille defen/
sor est ab oīmibus confutatus Ordinatus
itaq̄ʒ episcopus. cum populi tumultū non
ferret. duobꝫ fere milibꝫ extra vrbe̅ mona/
steriū ꝯstituit. vbi cū octuaginta discipl'is

in multa abstinentia vixit. Nam ibi vinū
nemo biberat nisi quem infirmitas coegis/
set. Mollior habitus ibi pro crimine erat.
Plurime ciuitates de his episcopos elige
bant. Cum quidā sub nomīe martyris
coleret. ⁊ a martino nil de eius vita vel me
rito inueniri posset. quadā die super sepul/
crum stans orauit dominū vt quis esset vł
cuius meriti indicaret. Conuersus ad le/
uam vidit vmbram nigerrimā stare. Qui
a martino adiuratus dixit se latronē fuisse
⁊ ob scelus percussum esse. Continuo igit̄
martin⁹ altare destrui precepit. C Le
gitur quoqꝫ in dyalogo seueri ⁊ galli disci/
pulorū sancti martini vbi multa suppleta
sunt que in eius vita seuerus dimiserat. ꝙ
martinus quodā tempe valentinianū im/
peratorē pro quadā necessitate adijt sꝫ ille
sciens eum velle petere quod ipe nolebat
dare. fores palacij sibi claudi fecit. At mar
tinus semel ⁊ iterū passus repulsaꝫ. cilicio
obuolutus ⁊ cinere conspersus. per vnam
hebdomadā cibi ⁊ potus abstinētia mace
ratur. Tunc monente angelo ad palaciuꝫ
venit. ⁊ nullo sibi prohibente ad imperato
rem vsqꝫ peruenit. Quem cum venienteꝫ
videret. iratus quia fuisset admissus ei as/
surgere noluit donec sellam regiam ignis
operiret. ⁊ ipm imperatorē a parte posteri/
ori ignis succenderet. Tunc sancto marti
no iratus assurgens virtutē diuinā se sen/
sisse ꝯfessus est. multūqꝫ ipm complectens
sibi oīa anteqꝫ rogaret cōcessit multaqꝫ
munera obtulit sed martinus nō accepit.

In eodem quoqꝫ dialogo legitur quali
ter tertiū mortuū suscitauit. Cum eī qui/
dam iuuenis defunctus fuisset ⁊ mater ꝓ
resuscitatione filij beatū martinū lachry/
mis exoraret. iste in medio campi vbi erat
innumerabilis multitudo gentiliū genua
flexit. ⁊ cunctis vidētib⁹ puer surrexit. qua
ꝓpter oēs illi gentiles ad fidē xpi conuer
si sunt. Eidem quoqꝫ viro sancto obedie
bant etiā insensibilia vegetabilia ⁊ irratio
nabilia. Insensibilia sicut ignis ⁊ aqua. nā
cum in quodā phano ignem misisset. in do
mo proxima adherēte agente vento flāma
ferebatur. Tunc martinus super tectū do
mus ascendens obuiū se aduenientibus
flāmis inseruit. Mox ꝯtra vim venti flā/
ma torquetur vt conflictus quidā compu
gnantium inter se elementorū videretur.

Nauis etiā quedā cum periclitaretur vt
in predicto dyalogo legitur. quidā negocia
tor necdū xpianus exclamauit. Deus mar
tini eripe nos. Et statim tranquillitas ma
gna successit. Similr̄ vegetabilia. Nā
cum in quodā loco templū antiquissimuꝫ
diruisset. ⁊ arborē pini diabolo dedicatam
vellet excidere. obsistentib⁹ rusticis ⁊ gen/
tib⁹ vnus eorū dixit. Si de deo tuo fiduciā
habes. nos hāc arborē succidemus tu eaꝫ
suscipe. ⁊ si tecum est deus tuus vt dicis e/
uades. Quo annuente succise arbori. ⁊ iaꝫ
versus eum ibidē ligatū cadenti signū cru
cis opposuit. ⁊ in aliā partem rediens ru/
sticos qui in tuto loco erant fere oppressit.
Qui viso miraculo ad fidem ꝯuersi sunt.

Irratiōabilia quoqꝫ aīalia sibi pluries
obedierunt. sicut legitur in predicto dya/
logo. Cum eī canes lepusculū insequen/
tes vidisset imperauit canib⁹ vt anial inse
qui desisterent. Mox illi ꝯstiterunt. ⁊ qua
si vincti in suis vestigijs fixi manserunt.

Serpens etiā quidā cum fluuiū quen/
dam narando transiret. martin⁹ ait ad ser
pentē. In nomine domini iubeo te redire.
Mox se ad verbū sancti retorsit. ⁊ in ripā
aliam transmeauit. Et ingemiscens marti
nus ait. Serpentes me audiunt: ⁊ homi/
nes nō audiunt. Canis similiter quidā
cum in quendā ex martini discipulis latra
ret. ille ad eum conuersus ait. In nomine
martini iubeo te obmutescere. Canis con/
tinuo obmutuit ac si linguā habuisset ab/
scisam. D Fuit autem beatus marti
nus multe humilitatis. Nam leprosum
quendam cunctis horribilem parisius ob
uium habens ipm osculatus est atqꝫ bene
dixit. statimqꝫ mundatus est. In sacrario
quoqꝫ residens nunqꝫ cathedra vsus est.
Nam in ecclia nemo vnqꝫ eū sedere conspe
xit. Sedebat aūt in sellula rusticana quas
tripodes vocant. Multe dignitatis:
Quia par apostolis dictus est: ⁊ hoc pro/
pter gratiam spiritussancti que in eum in
specie ignis ad robur descendit. sicut fuit
in apostolis. Unde ⁊ apostoli frequenter
eum tanquā comparem visitabant. Legi/
tur enim in predicto dyalogo. ꝙ quadam

vice dum martinus in cella solus sederet ⁊
⁊ seuerus ⁊ gallus eius discipuli pre fori/
bus expectarent. subito mirabili concussi
horrore plures in cella audiūt insimul col
loquētes. De quo cum postmodū marti/
nū requisissent ille ait. Dicā vobis. Sed
vos q̄so nulli dicatis. Agnes tecla ⁊ ma/
ria ad me venerunt. Nec tantum illa die
sed sepius se ab eis confessus est visitari.
Et petrū ⁊ paulū apl'os a se sepe videri p
hibuit. Multe iusticie Cum enim ab
imperatore nōie maximo inuitatus fuis/
set ⁊ martino poculum primo fuisset obla
tū sperātibus cunctis vt post se regi tribu
eret. presbytero suo dedit. nullum estimās
digniorem q̄ post se deberet bibere. ⁊ indi/
gnū iudicās si aut regē aut regis proximos
presbytero ptulisset. Multe patiētie.
Tantā em̄ in oībus patientiā seruabat ꝙ
cū esset summus sacerdos impune sepe a
clericis ledebatur. nec a sua eos ꝓpter hoc
charitate repellebat. Nemo illū vnq̄ʒ vi/
dit iratū. nemo merentē. nemo ridentem.
Nūq̄ʒ in illius ore nisi xp̄s. nūq̄ʒ in illius
corde nisi pietas. nisi pax. nisi misericordia
inerat. Legitur quoq̄ʒ in p̄dicto dialogo:
ꝙ dū martinus quadā vice in veste hispi/
da. nigro ⁊ pendulo pallio circūtectus su/
per asellū ꝓcederet. equis de contra venie
tibus expauefactis. milites in terrā saltu
p̄cipiti se dederūt. ⁊ martinū arripiētes:
grauiter verberauerūt Ille autē q̄si mutꝰ
cedētibꝫ terga prebebat. Sed magis illi
furebant. eo ꝙ ille quasi nō sentiēs verbe/
ra illata cōtemnere videretur. Protinus
autē aīalia adeo humo fixa p̄manebāt vt
q̄tūcūq̄ʒ flagellata velut saxea moueri nō
possent q̄usq̄ʒ ad martinū redeūtes ⁊ pc̄m
suū qđ ignorāter in eū cōmiserāt cōfitētes
ille eis licentiā dedit. ⁊ gradu concito ani
malia processerūt. Multe assiduitatis
in orādo. Quia vt in legēda sua dicitur.
nūq̄ʒ vllū horarū momentū preterijt. quo
nō aut orationi aut lectioni incumberet.
Inter legendū tñ ⁊ operandū nunq̄ʒ ani/
mū ab oratione laxabat. Nam vt fabris
ferrarijs moris est. qui inter operādū pro
quodā laboris leuamine incudem feriūt.
ita martinus dū aliquid ageret sp orabat
Multe austeritatis i seipo Refert em̄

seuerus in epl'a ad eusebiū. ꝙ cum marti/
nus in quādā villā sue dyocesis venisset
⁊ clerici lectum sibi plurimo stramine pre
parassent ille ibidē recūbens insuetā mol
licieʒ perhorrescit quippe qui nuda humo
vno tantū cilicio superiecto cubare cōsue/
uerat Itaq̄ʒ p̄motus iniuria surgēs stra
mētum oīe proiecit ⁊ se sup nudā humū
collocauit. Circa mediam ꝟo noctē tota
illa palea igne accēditur. ⁊ martinus exci
tatus dum exire tēptaret sed nequiret ab
igne capitur. ⁊ eius iam vestimenta vrun
tur. Rediens ꝟo ad solitū orationis cōfu
giū ⁊ crucis emittēs signaculū. in medio
ignis intactus p̄mansit. ⁊ flāmas sensit
rorantes quas male expertus erat vrētes
Monachi igitur excitati ꝯcurrūt. ⁊ mar
tinū quē iā cōsumptū putabāt de medio
flāmarū illesum educunt. Multe cō/
passionis erga delinquētes. Quia omēs
volētes penitere cōpassionis sinu recipie
bat. Nam ⁊ cum diabolus martinū repre
hēderet cur semel lapsos ad penitentiā re
ciperet eidem respondit. Si tu ipse o mise
rabilis ab hominū infestatiōe desisteres.
⁊ te factorū tuorū peniteret. ego tibi con/
fisus in dn̄o xp̄i misericordiā pollicerer.
Multe pietatis erga pauperes. Legi
tur in predicto dialogo ꝙ martinū in qua
dam festiuitate ad ecclesiā tendentē pau/
per quidā nudus secutus est. Martinus
autē archidyacono precepit vt egentē ve/
stiret. Sed cū hoc ille facere distulisset. in
gressus martinus secretariū tunicā suam
illi tribuit. ⁊ cōtinuo abscedere iussit. Cū
ergo archidyaconus moneret vt ad so/
lennia peragenda procederet. ille de se lo/
quens respōdit se ire nō posse. donec pau/
per vestē accipiat. Archidyaconus ꝟo nō
intelligēs. quia cū extrinsecus cappa tectꝰ
esset. ipm nudū interius nō videbat pau/
perem nō adesse causatur. At ille inquit.
Mihi vestis deferatur ⁊ pauper nō dee/
rit vestiēdus. Compulsus ille ad forū va
dit. ⁊ quinq̄ʒ argenteis tunicā vilem ⁊ cur
tam q̄ dicitur penula quasi pene nulla ra
piens. ante pedes martini iratus ꝓiecit.
Quā ille secreto induit. Cuiꝰ manice vsq̄ʒ
ad cubitū. ⁊ longitudo vsq̄ʒ ad genua pro/
tendebātur. Et sic missam celebraturus

ꝓcedit. Dum autē missam celebraret glo/
bus igneus suꝑ caput eius apparuit: ⁊ a
multis ibidē visus fuit. Ob hoc par apo/
stolis dicitur. Huic autē miraculo addit
magister iohannes beleth. ꝙ cū in missa
manus ad deū vt moris est leuaret. mani
cis lineis retro labentibus cū nec brachia
eius essent grossa nec multū carnosa: nec
prefata tunica ꝓtenderetur. nisi vsqꝫ ad
cubitū. remanserūt eadem brachia nuda.
Tunc miraculose torques aurei ⁊ gēma/
ti deferūtur ab angelis. ⁊ brachia decēter
operiuntur. Quē etiā tonsam quadaꝫ
vice conspiciēs euangelicū inquit māda/
tum ista cōpleuit. Duas tunicas ista ha/
buit. ⁊ vnā non habenti largita est Ita ⁊
vos inquit facere debetis. Multe po/
testatis erga demones expellendos. Se/
pe em̄ ipos demōes ex hōibus expulit Le
gitur etiā in predicto dialogo: ꝙ quedam
vacca a demone agitata. cū vbiqꝫ seuiret:
⁊ multos confoderet. ⁊ versus martinū et
socios suos: in itinere furibunda concur/
reret. ille manu eleuata ipsam sistere ius/
bet. Qua imobili ꝑmanente vidit demo/
nē dorso illius insidentē. Quē increpans
discede inquit funeste de pecude ⁊ innoxi/
um animal agitare desiste. Quo ꝓtinus
discedente vacca ad eius pedes prosterni/
tur. ⁊ ad eius imperiū cū omi māsuetudi/
ne ad gregem suū reuertitur. Multe
subtilitatis erga eos cognoscēdos Demo
nes em̄ sibi ita conspicabiles reddebātur
vt aperte ab ipo sub quacūqꝫ imagine vi
derētur. Nā interdū demones in iouis ꝑ/
sonā plurimūqꝫ mercurij aliqn̄ veneris vł
mineruę transfiguratos se ei vultibus of/
ferebāt. quos ille oēs suis nōibus increpa
bat. Mercuriū maxime paciebatur infe
stum. Iouē brutū atqꝫ hebetē esse dicebat
Quadā etiā vice diabolus in forma re
gis purpura ⁊ diademate ⁊ aureis caligis
ornatus. sereno ore letaqꝫ facie sibi appa/
ruit. Cumqꝫ diu ambo tacuissent agnosce
inquit martine quē colis Xp̄s ego sum de
scensurus ad terras. prius me manifesta/
re tibi volui. Ad hoc cū adhuc martinus
admirās taceret rursus ait. Martine cur
dubitas credere cuꝫ me videas. Xp̄s ego
sum Tunc ille a spū scō doctus ait. Dn̄s
iesus xp̄s nō se purpuratū nec diademite
renitentē venturū esse predixit. Ego xp̄m
nisi in eo habitu ⁊ forma qua passus est.
nisi crucis stigmata preferentē venisse nō
credā. Ad hāc vocē ille disparuit. ⁊ totā cel/
lā fetore cōpleuit. Martinus igitur
obitū suū lōge ante presciuit. quē etiā fra/
tribus reuelauit. Interea cādacēsem dio
cesim cā sedande discordie visitauit. Per/
gens ergo vidit mergulos in flumine pi/
scibus insidiātes ⁊ quosqꝫ capiētes. For/
ma inquit hec demonū est. Insidiātur in/
cautis. capiūt nesciētes. captos deuorant.
saturari nequeūt deuoratis. Imperat igi/
tur vt relicto gurgite desertas peterent re/
giones. Statimqꝫ grege facto. mōtes sil/
uasqꝫ petierūt In illa igitur dyocesi ali
qn̄diu cōmoratus viribus corpis cepit de
stitui ⁊ discipłis indicat se iā resolui. Tūc
oēs flentes cur nos inquiūt pater deseris
aut cui nos desolatos relinquis Inuadēt
em̄ gregē tuū lupi rapaces. Et ille eorum
motus precibus fletibusqꝫ flens quoqꝫ sic
orauit. Dn̄e si adhuc ꝓplo tuo sum neces/
sarius. nō recuso laborē fiat voluntas tua
Dubitauit em̄ pene qd mallet q: nec hos
deserere nec a xp̄o volebat diutius separa
ri. Itaqꝫ cū aliqn̄diu molestia febriū tene/
retur. ⁊ a discipulis suis rogaretur vt in le
ctulo suo vbi in cilicio ⁊ cinere decūbebat
stramentū aliquod poneret. nō decet inqt
filij xp̄ianū nisi i cilicio ⁊ cinere mori. Ego
si vobis aliud exemplū relinquo ipse pec/
caui. Oculis ac manibus in celū semꝑ in
tentus. inuictū ab oratiōe spm̄ nō relaxa/
bat. Et cū supinus semꝑ iaceret. ⁊ a p̄sby/
teris rogaretur vt corpusculū mutatiōe la
teris releuaret. sinite me inquit fratres. si/
nite celū potius respicere q̄ꝫ terrā vt spiri/
tus ad dominū dirigatur. Et hec dicens
vidit diabolū assistere. Quid hic inquit
astas cruēta bestia. Nihil in me funestū
reperies abrae me sinus recipiet. Et i hac
voce sub archadio ⁊ honorio qui ceperunt
circa annū dn̄i. CCCCXLVIII. vite eius
LXXXI. spiritū deo reddidit. Vultusqꝫ
eius tanqꝫ iam glorificatus resplēduit. ac
chorus angelorū ibidem cōcinēs a mul/
tis auditus fuit Ad eius trāsitū picta
ui sicut turonici cōuenerunt. ibiqꝫ magna

altercatio orta est. Dicebant em̄ pictaui.
Noster est monachus. nos reqrimus cō/
mendatū. Quibus illi. Uobis est ablatus
nobis a deo donat⁹. Nocte igitur media:
pictaui om̄es penitus sopiūtur. ꝛ sic a tu/
ronicis per fenestrā eiectus. ꝑ ligerim na/
uigio ad vrbem turonicā cū magno gau/
dio deportatur. Beatus aūt seuerinus
colonieñ. eps cū die dn̄ica loca scā p⁹ ma
tutinas more solito circuiret: illa hora qua
vir scūs obijt angelos cantātes in celo au
diuit. Uocātqꝫ archidiaconē: interrogat
si aliquid audiret. Et cū se nil audire dice
ret. ꝛ archieps vt diligēter auscultaret mo
neret. cepit sursū collū extēdere aures erige
re. ꝛ sup summis articulis baculo susten/
tante stare. Sed dum archieps ꝓ eo oras/
set. quasdā in celo voces audire se dixit.
Cui archieps. Dn̄s meus martinus ē. q
migrauit e mūdo ꝛ nūc angeli eū in celuz
deferūt. Demones aūt affuerūt qui eū re
tinere voluerūt. sed nihil suū in eo reperiē
tes confusi recesserūt. Archidiaconus igi/
tur diē ꝛ horā notauit. ꝛ tūc martinū mi/
grasse cognouit. Seuerus etiā monachus
qui vitā eius scripsit. cū post matutinas
leuiter obdormisset. sicuti ipe in quadā epi
stola testatur. sanctus martinus albis in
dutus vultu igneo. stellātibus oculis. cri/
ne purpureo. tenens librū in manu dextra
quē de vita eius idem seuerus scripserat.
eidē apparuit. Cumqꝫ post benedictionez
in celū conscēdere ipm videret. ꝛ cum eo
ascendere cuperet euigilauit. Post hoc au
tē nūcijs veniētibus eadē nocte scm̄ mar
tinū migrasse audiuit. F Eo q̊qꝫ die
sanctus ambro. mediolanēsis epus mis/
sam celebrans sup altare inter prophetiā
ꝛ eplam obdormiuit. ꝛ cū nullus eū exci/
tare presumeret. ꝛ subdiaconus nisi ipso
innuēte eplam nō auderet legere. transa/
ctis duarū vel triū horarū spacijs excita/
uerūt eū dicētes. Jam hora preterijt ꝛ po/
pulus valde lassus expectat. iubeat dn̄s
noster vt clericus eplam legat. Ad q̊s ille
Nolite turbari frater em̄ meus martinus
ad deū migrauit. ꝛ ego eius funeri inter/
fui ꝛ obsequiū prebui. sed vltimā orationē
vobis excitātibus explere nō valui. Tūc
illi diē ꝛ horā notātes. inuenerūt sanctuz
martinū tūc migrasse ad celū. Cappā
eius vt ait magister iohannes beleth. re/
ges francie in prelijs portare consueuerūt
Uñ ipi⁹ cappe custodes capellani dicebāt
Post mortē autē eius anno. LXIIII.
cum beatus perpetuus eius ecc̄liam ma/
gnifice ampliasset. ꝛ in eaz corpus ei⁹ trās
ferre vellet. semel ꝛ bis ꝛ tertio ieiunijs et
vigilijs insistentes sepulchrū eius nullate
nus mouere potuerunt. Cūqꝫ vellent di/
mittere quidā senex pulcerrimus apparu
it eis dicens Usqꝫ quo tardatis Non vi/
detis sanctū martinū paratū iuuare vos
si manus apponitis. Tunc ille cū eis ma
nus apposuit. ꝛ cum summa velocitate se
pulchrū leuauerūt ꝛ in loco vbi nunc coli/
tur posuerūt. Senex aūt ille post hoc nus/
q̄ꝫ comparuit. Hec translatio in mēse iu/
lij celebratur. Refert odo abbas cluniacē
sis ꝙ tunc om̄es campane in om̄ibus ec/
clesijs nullo tangēte pulsabātur. ꝛ oēs lā/
pades diuinitus accendebātur Fertur
quoqꝫ ꝙ tunc duo socij erant quorū vnus
erat cecus ꝛ alter contractus. Cecus autē
contractū ferebat ꝛ contractus ceco viaz
demonstrabat Sicqꝫ taliter mendicātes
multā pecuniā acquirebāt. Audiētes vo
ꝙ ad corpus sancti martini multi sana/
bātur infirmi cum in translatiōe eius cor/
pus extra ecc̄liam ꝓcessionaliter duceret.
timere ceperunt ne predictū corpus iuxta
domū vbi manebāt duceret. ꝛ sic ipi forsi
tan curarētur Nolebāt em̄ sanitatē ꝯseq̄
ne deperiret materia questus sui Quaꝓ/
pter de illa strata fugiētes se ad aliā trās/
ferebāt ꝑ quā corpus nequaqꝫ duci puta/
bāt Dū q̄ fugerēt corpori eius ex impuiso
ꝓtinus obuiauerūt. Et qꝛ deus multa bo
na prestat inuitis. ambo cōtra eoꝝ volun
tatē ꝯtinuo sunt curati. licet de h̊ plurimū
tristarētur. Ambro. aūt de sancto mar/
tino sic ait. Beatus martinus prophani
erroris tēpla destruxit vexilla pietatis ere
xit. mortuos suscitauit. ab obsessis corpori
bus demōia seua exclusit. ac varijs laborā
tes lāguorib⁹ salutis remedio subleuauit
Qui ita ꝑfect⁹ inuētus ē. vt xp̄m texisset
in paupere ꝛ veste quā egen⁹ accepat mū/
di dn̄m induisset. O felix largitas q̄ diui
nitas operit O clamidis gl'iosa diuisio q̄

militem texit et regē. O inestimabile do/
num qđ vestire meruit diuinitatē Digne
huic dñe confessiōis tue premia cōtulisti.
Digne ei arrianorū sbiacuit feritas. Di/
gne amore martyrij psecutoris tormēta ñ
timuit Quid erit ꝓ oblatiōe integri corpo
ris recepturus. q̇ ꝓ q̄ntitate vestis exigue
deū vestire meruit ꝛ videre. Sic speranti
bus contulit medicinā vt alios supplica/
tionibus. alios visu saluaret.

CLXII A

De sancto Bricio.

Bricius sancti martini
dyaconus. eiusq̃ plurimū emu
lus multa eidē sctō cōuicia in/
ferebat. Nam cū q̇dā pauper martinū re/
quireret. dixit ei bricius. Si illū delirū q̄/
ris prospice eminus ille ē. em q̇ q̄si amens
celū respicit. Cū igif paup a martino que
petierat accepisset. vir sāctus briciū ad se
vocans dixit. An ego tibi delirus videor
brici Qđ cū ille p̄ verecūdia se dixisse ne/
garet. ait martinus. Nōne aures mee ad
os tuū erāt. qñ h̄ eminus loq̄baris. Amē
dico tibi. q2 a domino obtinui vt michi in
ep̄atu succedas. sꝫ scias multa te in ep̄atu
aduersa passurū. Qđ bricius audiēs irri
debat dicēs. Nōne verū dixi istū delir̄ eē.
Post mortē igif sancti martini bricius in
ep̄m est electus. Qui deinceps orōni va/
cabat. Et licꝫ adhuc supbus tñ corpe ca/
stus erat. Anno aūt ep̄atus sui tricesimo
mulier quedā religiose vestita q̄ eius ve/
stimēta lauabat ꝯcepit ꝛ filiū pepit Tūc
om̄is ppl'us cū lapidibus ad eius ianuaꝫ
cōgregatus est dicens. Diu pietate sancti
martini luxuriā tuā dissimulauim⁹. sꝫ iā
neq̃q̄ polluras manus osculari valemus
Illo aūt viriliter hoc negante ait. Addu/
cite ad me infantē. Quo allato cuꝫ XXX.
esset dieꝝ. dixit ad eū bricius. Adiuro te ꝑ
filiū dei vt dicas corā om̄ibus si ego te ge
nui. Et ille. Non tu inquit es pater meus
Populo aūt vrgente vt quis esset eius pa/
ter req̇reret. ille ait. Nō ē hoc meū. feci qđ
ad me pertinuit. Popl's aūt ē hoc totū ma
gicis artibus attribuebat dicēs. Nequa/
q̄ nobis falso pastoris nomine dñaberis.
Tunc ille ꝓ sui purgatiōe prunas arden/
tes vsq̃ ad tumbaꝫ sancti martini cūctis
videntibus deportauit. Proiectisq̃ pru/
nis vestis ei⁹ illesa apparuit. Et ait. Si/
cut hoc meū vestimentū a prunis mansit
illesum. sic corpus meū a contactu mulie/
ris est mūdū. Populo autē adhuc nō cre/
dente sanctū briciū cōtumelijs ꝛ iniurijs
afficiūt ꝛ a sua dignitate eijciūt vt verbuꝫ
qđ sanctus martinus dixerat impleretur
Tunc bricius flēs papā adijt. ꝛ septē an/
nis ibidē ꝑmanēs q̇cq̇d in sctm̄ martinū
deliquerat penitēdo deleuit. Populus āt
iustinianū prefecit. ꝛ romā ꝯ briciū misit.
vt ep̄atum sibi cōtra bricium defensaret.
Quo cū tenderet: in ciuitate vercellēsi vi/
tam finiuit. ꝛ armenium loco eius popu/
lus om̄is prefecit. Septimo igitur anno
bricius cū autoritate pape rediēs sexto ab
vrbe miliario hospiciū accepit. ꝛ armeni⁹
eadeꝫ nocte spm̄ exalauit. Quod bricius
ꝑ reuelationē cognoscens. ait suis vt sur/
gerent. ꝛ secū ad tumulādū turoneñ. ep̄m
properarēt. Cum ergo bricius per vnam
portā ciuitateꝫ ingrederetur. ille per aliaꝫ
mortuus efferebatur. Quo sepulto sanctus
bricius sedē suā accepit. ꝛ septem postmo
dū annis presidens ꝛ vitam laudabilem
ducens. XLIIII. anno episcopatus sui in
pace quieuit.

CLXIII A

De sancta Elisabeth.

Elisabeth interpreta
tur deus meus cognouit. vl'
dei mei septima. vel dei mei
saturitas. Dicitur ergo pri/
mo elisabeth deus meus cognouit. q̇a d̄s
eam cognouit. i. suo beneplacito approba
uit vel cognouit. i. noticiā sue cognitionis
sibi infudit. Scđo dicitur elizabeth. id est
dei mei septima. ipsa em̄ habuit septimā
dei. vel quia septem operibus mi̇ficordie
se exercuit. vel quia nūc est in septima eta/
te quiescentiū. peruētura tandē in octauā
resurgentiū vel propter septē status i qui/
bus fuit. Ipsa nāq̃ fuit in statu virgina/
li. secūdo in statu coniugali. tertio in statu
viduali. quarto in statu actiuo. quinto in
statu contemplatiuo. sexto in statu reli/
gioso. et nunc septimo est in statu glorioso

Cristi septem status manifeste continen/
tur in legenda sua vt possit dici de ea quod
dicit in daniele de nabuchodonosor. septē
tēpora mutabūtur super eam: Tertio di/
citur dei mei saturitas. deus eñ eam mo/
do saciauit ⁊ repleuit splendore veritatis.
dulcedine suauitatis. ⁊ vigore eternitatis
Unde augustinus in libro de ciuitate dei
agens de ciuitate celesti dicit. In eternita
te dei viget. in veritate dei lucet. in bonita
te dei gaudet.

Elizabet illustris vngarie regis
filia genere nobilis. sed fide ac
religione nobilior. stirpem tam
nobilem nobilitauit exemplis.
Illustrauit miraculis. ⁊ decorauit gratia
sanctitatis. Quā autor nature supra na/
turā quodāmodo extulit dū puella regali
bus nutrita delicijs. oīa puerilia aut om/
nino cōtemneret. aut eadē in dei obsequiū
manciparet. vt liquido clareat tenera eiꝰ
infantia q̄ꝫta simplicitate viguit q̄ꝫta dul
ci deuotione incepit. Ex tūc siquidē cepit
bonis assuescere studijs ludos spernere va
nitatis. successus prosperos fugere mūdi ꝓ/
ficere semper in reuerentia dei Cū eñ ad/
huc esset quinquēnis in ecclīa orandi grā
tam sedula ꝑmanebat: vt eam eius soda/
les vel ancille auellere vix valerent. Quā
cum ancille vel coetanee eius obseruarēt.
aliquā de illis causa ludi versus capellā in
sequi videbatur. vt ex hoc intrandi eccle/
siam oportunitatē captaret. Quaꝫ ingre/
diens genua flectebat. aut pauimēto tota
liter incūbebat. Et licet litteraꝝ peritiā nō
haberet. tñ coram se in ecclesijs sepe psalte
riū expādebat. vt quodāmodo se legere fin
geret. ne velut occupatā q̄s impediret Se
quoq꞉ cū puellis ad terraꝫ prostratā ludi
specie mēsurabat vt sub tali occasione deo
reuerentiā exhiberet. In ludo etiā annu/
lorū ⁊ alijs ludis spem totam in deū pone
bat. Et ex his q̄ puella paruula lucrabat.
vel alias peculiariter possidebat puellis
pauperculis decimas exhibebat. inducēs
eas vt sepe orationē dñicam dicerent. ⁊ cre
bro virginē salutarent. Crescens ꝟo ꝑ
etatē tp̄is crescebat amplius ꝑ affectū de/
uotionis. Nam beatam virginē dei geni/
tricem in sui patronā ⁊ aduocatā et beatū
iohannē euangelistā in sue castitatis custo
dem elegit. Cum eñ singule cedule singu/
lorū apostolorū nominibus inscripte alta/
ri imponerētur. ⁊ quelibet aliarū puellaꝝ
casu sibi cedulā contingentē acciperet ista
oratione fusa tribus vicibus cedulam vbi
nomen sancti iohānis erat inscriptū vt de
siderabat accepit. Ad quē tanto deuotio/
nis ferebatur affectu vt nichil in eius noīe
petētibus denegaret Ne ꝟo mūdi succes/
sus sibi nimiū blandiretur. quotidie in re
bus prosperis sibi aliq̄d detrahebat. Cuꝫ
eñ in aliquo ludo sibi prospere succederet
reliquū intermittēs dicebat. Nolo ꝓcede/
re. sed propter deum reliquū intermitto
B Ad choreas quoq꞉ cū puellis ceteris
aduocata cū vnū circuitū ꝑegisset dicebat
Sufficiat nobis vnus circuitus. iaꝫ ꝓpter
deum alios dimittamus. Et sic per talem
modum puellas a vanitatibus tēperabat
Uestimentorū lasciuos vsus semꝑ abhor
ruit ⁊ omnē in his honestatē dilexit. Cer/
tū quoq꞉ sibi numerū orationū indixerat.
quē si quādo aliqua occupatione preuēta
nō potuisset perficere. ⁊ ab ancillis lectuꝫ
ingredi cogeretur. cū celesti sponso vigili/
as vigilanter soluebat. Dies quoq꞉ solen/
nes puella nobilis tanta deuotione cole/
bat. vt etiā manicas sibi consui nulla rōne
pateretur anteq̄ꝫ missaꝝ solennia comple/
rentur. Cirotecarū etiā vsus ante meridiē
in dieb꞉ dñicis sibi interdixit volēs in hoc
⁊ sacre deferre solennitati. et sue satisfacere
deuotiōi. Propter quod solita erat ad hec
⁊ similia se per votū astringere ne quis eā
posset aliquibus suasionibus a suo ꝓposi
to reuocare Officiū ecclesiasticū audiebat
cum tanta reuerentia vt cum sacra lege/
rentur euāgelia vel sacra hostia conficere/
tur manicas si forte consute essent solueret
monilia deponeret. ⁊ cetera capitis orna/
menta in imo locaret. At vbi gradum
virginalē prudenter rexit ⁊ innocenter ꝑ/
currit cōiugalē gradū intrare cōpellitur.
vtpote que ad hoc paterno imperio vrge/
batur fructū perceptura tricesimum que fi
dem trinitatis seruauit cū decalago prece
ptorū Consensit igitur licet inuita in co/
pulam coniugalē nō vt libidini cōsentiret
sed ne patris preceptū cōtemneret ⁊ vt fi/

lios educandos ad dei seruiciū ꝓcrearet.
Quāuis eīm fuerit legi thori cōiugalis a/
stricta nulli tñ culpande delectatōi fuit sb
iecta Quod inde manifeste constat qm̄ in
manibus magistri conradi votū emisit. ꝙ
si viro suo eam supuiuere cōtingeret con/
tinentiā perpetuā obseruaret ¶ Fuit
igitur lantgrauio turingie sociata ꝯiugio
pro vt regalis exigebat magnificētia. ⁊ di
sposicio ordinauit diuina vt. s. ibidē mul/
tos ad dei amorem adduceret. ⁊ incultos
hōies edoceret. Licet aūt mutauerit statū
nō tñ mutauit mētis affectū. Quāte autē
fuerit deuotiōis ⁊ humiliatiōis ad deum:
q̄ꝫte austeritatis ⁊ abstinentie ad seipsam
q̄ꝫte largitatis ⁊ misericordie ad paupe/
res ex his que subiecta sunt aptius decla/
ratur. Nam in oratiōe tanti extitit feruo/
ris. vt etiā ancillas ad ecclesiā gradu con/
cito ꝑueniret. vt quasi q̄busdam clādesti/
nis orationibus aliquā dei gratiaꝫ impe/
traret In nocte ad oratione sepe surgebat
rogāte eam marito vt sibi parceret. ⁊ quie
ti alicui corpus donaret. Ordinauit autēꝫ
cū quadā domicella sibi inter ceteras ma/
gis familiari vt si forte somno depressa nō
surgeret. eā pede tangens excitaret Qua/
dā ꝟo vice pedem dñe tangere voluit ⁊ ca
su in pedē mariti impegit. Qui subito ex
citatus rem vt erat didicit. ⁊ paciēter suf/
ferens prudenter dissimulauit. Et vt ora
tionū suaꝝ deo pingue redderet sacrificiū
sepe ip̄m irrigabat abūdantia lachryma/
rū quas q̄dē lachrymas fundebat iocūde
⁊ sine aliqua indecenti vultus ꝑmutatiōe
ita vt sꝑ cū dolore fleret ⁊ de dolore gaude
ret. ⁊ hoc quadā vultus letitia venustaret
tāte se hūilitati subiecit vt ꝓpter dei amo/
rem vilia ⁊ abiecta nō sperneret sed hec cū
deuotione nimia exerceret. Nā infirmum
quēdā vultu deformē. capitis fetore horri
bilē in sinu ꝓprio reclinauit. ⁊ horridū cri/
nem tondens eius caput ancillis ridētib⁹
lauit In rogatiōib⁹ semꝑ ꝓcessionē nudis
pedibus induta laneis seq̄batur. Et in ꝑ
dicationū statiōibus inter paupculas tā/
q̄ꝫ paupꝫ ⁊ humilis residebat. In purifica/
tione post partū nequaq̄ꝫ se vt cetere gem/
mis ornabat vel vestibus deauratis tege
bat. sed exemplo intemerate puerpere fili/
um ꝓprijs gestans in vlnis. ip̄m ad alta/
re cum agno ⁊ candela hūiliter offerebat.
vt ex his ⁊ seculi pompā cōtemnēdā ostē/
deret et se illibate puerpere conformaret.
Deinde domū rediēs vestimēta ipsa cum
quib⁹ ad eccl'iam ꝓcesserat alicui pauperi
mulieri tribuebat. Accedit q̄cꝫ ad sue
humilitatis ꝑconiū ꝙ ipsa libertate ꝑcel/
lens ⁊ dignitate sublimis cuiusdā viri scꝫ
magistri conradi pauperis ⁊ mendici sed
tñ sciētia ⁊ religione ꝑcipui saluo iure ma
trimonij ⁊ consentiente marito. obediētie
adeo se subiecit. vt q̄cq̄d ille ꝑciperet: ipa
cū reuerētia ⁊ multo gaudio adimpleret
vt ex hoc ⁊ obedientie perciperet meritū. ⁊
dñi saluatoris q̄ factus ē obediēs vsq̄ꝫ ad
mortē imitaretur exemplū. Quadā aūt
vice ad quandā predicationē ab ip̄o voca
ta superueniēte marchionissa missenē. ipe/
dita nō venit. Qđ ille egꝛ referēs tātā eius
inobedientiam relaxare noluit. donec vsq̄ꝫ
ad camisiā expoliatā cū quibusdā ancillis
suis que culpabiles fuerant fortiter verbe
rari fecit. ¶ Sibi quoq̄ꝫ tantā absti
nentiā ⁊ rigorē imponebat. vt corpus suū
vigilijs disciplinis et ieiunijs maceraret.
Nam sepe a viri thoro abstinens: noctes
ducebat insomnes vt orationibus posset
insistere ⁊ in abscondito patrē celestē ora/
re. Cunq̄ꝫ somni interpellaret necessitas.
suꝑ strata tapetia dormiebat. Sed cū ma
ritus abesset cū sponso celesti in orationi/
bus pernoctabat. Sepe etiā ꝑ manus an
cillarū faciebat se in cubiculo fortiter ver
berari vt saluatori flagellato vicē repen/
deret. ⁊ carnē ab om̄i lasciuia coerceret.
Tantā autē in cibo ⁊ potu tēperantiā ex/
hibebat. vt in mensa mariti inter diuersa
ferculoꝝ genera interdū pane simplici eēt
contenta. Magister eīm conradus sibi in
terdixit ne de cibis mariti quicq̄ꝫ contin/
geret. de quibus sanā conscientiā nō habe
ret. Quod ipsa tanta diligentia obserua/
uit. vt alijs diuersis delicijs abundanti/
bus: ipsa cum ancillis suis cibis grossi/
oribus vteretur. Sepe tamen ad men/
sam sedebat ⁊ cibos manibus contrecta/
bat ⁊ diuidebat vt ex h̄ comedere videret:
ne superstitionis notam incurreret. sed vr
banitate tali cunctos cōuiuas letificaret.

Quadā vice cū longi itineris fuisset labore depressa: et marito et sibi fuissent cibi diuersi oblati. qui nō credebantur de iustis laboribus acquisiti omnino abstinuit ⁊ nigrum panem ⁊ durum: in aqua calida madefactū cum suis ancillis paciēter comedit. Ob hoc quosdam redditus iustos vir suus sibi assignauerat. de quibꝫ cū quibusdam ancillis suis: que sibi ad hec omnia consentiebant viuebat. Sepe autē cibos curie respuit ⁊ aliquorū bonorū virorum cibaria requisiuit. Hec autē oīa vir suus cum patientia supportabat. asserens ꝙ hec ⁊ ipse libenter faceret. si turbationē sue familie non timeret. Statum quoqꝫ paupertatis in summa gloria constituta sūmopere affectabat vt et xp̄o pauperi vicem rependeret ⁊ mundus in ea nil proprium haberet. Qua propter interdū cum sola esset cum ancillis. vestimentis vilibus induēs se ⁊ despecto velo caput suū operiens dicebat. Taliter incedam cum ad statum venero paupertatis. Licet autem sibi abstinētie frenum imposuerit tāta tamē liberalitate se ad pauperes effundebat vt nullū aliqua premi inedia pateretur. sed oīibus adeo largissime subueniebat. vt omnes eam matrē pauperū acclamarent. Sex enim misericordie operibus tota vigilantia insudabat. vt regnū perpetuū perpetuo regnatura perciperet. ⁊ paternā benedictionē cum benedictis ad dexteram possideret. Ipsa nanqꝫ nudos vestiebat. Siquidem vestimenta impendebat pauperibus nudis. peregrinorum ⁊ pauperū corporibus sepeliendis. ⁊ pueris baptizandis. Quos quidē pueros sepe de fonte sacro leuabat. ⁊ proprijs manibus eorū vestimenta suebat. vt compaternitate cōtracta eis liberius subueniret. Accidit autē vt cuidam paupercule quoddam satis bonum tribueret vestimētum. Illa autem videns donum tam magnificum. tam ingenti gaudio est perfusa vt ad terram cadens mortua crederetur. Quod beata elizabeth videns. doluit se sibi tanta dedisse. timens ne sibi fieret causa mortis. Sed tamē pro ea orauit. ⁊ ipsa sanata surrexit. Sepe autem ipsa cum ancillis suis: lanam proprijs manibus filabat. ⁊ inde vestimenta fieri faciebat. vt ex hoc bonorū laborum gloriosum reciperet fructum ⁊ exemplum vere humilitatis ꝓberet. ⁊ de proprij corporis laboribus elemosinam daret deo. Ipsa esurientes pascebat. Pauperibus enim alimenta prebebat adeo vt lantgrauio viro suo prouecto ad curiā friderici imꝑatoris qui tūc erat cremone ipsa omnē annonā de suis grangijs collegit. ⁊ congregatis vndecūqꝫ pauperibus quotidie eis necessaria ministrabat eo ꝙ tunc caristia et fames valida imminebat. Sepe autem cum pecunia ei deficeret ornamenta vendebat: vt pauperibus subueniret. Multa etiam sibi ⁊ suis ancillis consueuit subtrahere: ⁊ pauperibus reseruare. Ipsa sitientes potabat. Quadam autem vice ceruisiam pauperibus distribuens cum vnicuiqꝫ sufficienter dedisset inuentum est ꝙ vas nullum habuit diminutionē. sed eādem quā prius mensurā seruauit. Ipsa hospitio peregrinos ⁊ pauperes suscipiebat. Domum enim maximā sub altissimo castro suo cōstruxit. in qua infirmorū magnam multitudinem refouebat. quos diebus singulis nō obstante difficultate ascensus: vel descensus visitans. ⁊ eis omnia necessaria ministrabat et verbis incitatorijs ad patientiam inducebat. Et licet omnē corruptionem aeris semper egre portauerit. infirmoꝝ tñ corruptiōes propter dei amorē etiam tempore estiuo nō abhorruit. sed remedia adhibuit velo proprij capitis tersit ⁊ manibus proprijs contrectauit. licet ancille talia grauiter tolerarent. In eadem quoqꝫ domo puerulos pauperū feminarum nutriri cum summa diligentia faciebat. quibus se tam dulcem ⁊ humilem exhibebat vt eam omnes matrem vocarēt. ⁊ intrantem domum cuncti tanqꝫ matrē filij sequerentur. et ante eam cateruatim cum summo studio collocarentur. Ipsa vero ⁊ olliculas ⁊ annulos vitreos ⁊ quedam alia vitrea emi fecerat: vt pueri ludos pueriles in talibus exercerent. Que dum in pallio proprio equitans in castrū deferret de rupe altissima suꝑ lapides ceciderunt: sed nulla in eis lesio est inuēta.

Ipsa infirmos visitabat. Miserorū enim
compassio adeo animū eius vendicabat.
ꝙ eorum hospicia diligenter perquirens
eos solicite visitabat. eorū camerulas fa/
miliariter ⁊ deuote subintrans: nec diffi/
cultate vie pertenta. nec lōgitudine laces/
sita. quibus subueniebat in necessarijs: et
verba exhibebat consolationis. Propter
qđ ex quintuplici consideratiōe remunera
tionē accepit scʒ ex dignatione visitatiōis
ex labore itineris. ex affectu compassionis
ex affatu consolatiōis. ⁊ ex largitiōe mune
ris. Ipsa sepulturas paupeꝝ frequēta/
bat. Mente nāqꝫ deuota pauperū curre/
bat ad funera. ⁊ vestes quas ꝓprijs ma
nibus fecerat eorū corporibus coaptabat
adeo vt semel velū suum lineū magnū in
partes concideret ⁊ cuiusdā pauperis cor
pus inuolueret Eorum etiam funera pro
prijs manibus contrectabat. ⁊ in ipsorum
obsequijs deuota manebat. Inter hec lau
danda est deuotio viri sui. qui licet nego/
cijs esset multis implicitus. in dei tamen
obsequio erat deuotus. Et quia ipē talib̄
personaliter intendere non valebat. vxori
sue potestatē concesserat agēdi omīa que
dei honorē respicerent. ⁊ anime sue salutem
afferrent. r Cupiens ꝟo beata eliza/
beth vt vir suus in fidei defensionē poten/
tie sue arma converteret. ipsum salubri ex
hortatione induxit vt ad terrā sanctā per
geret visitandā. Ubi dum esset ipse lant/
grauius princeps fidelis deuotus ⁊ incli/
tus fide integra et deuotione sincera: deo
reddidit spiritū suorū operū fructū recipi/
ens gloriosum. Et sic ipsa vidualem sta/
tum cū deuotione amplectitur ne vidua/
lis continētie premio fraudaretur sed fru/
ctuʒ sexagesimū perciperet vtpote que de
calogum preceptoꝝ cum sex operibus mi
sericordie obseruaret. Uerum cū mors
viri sui per totam fuisset turingiaʒ diuul/
gata ipsa tāqꝫ dissipatrix ⁊ prodiga a qui
busdam vasallis viri sui turpiter ⁊ totali/
ter est eiecta. vt ex hoc eius patientia cla/
resceret et paupertatis diu conceptū desi/
derium obtineret. Adueniente igitur no/
cte in domo cuiusdam tabernarij: in loco
vbi porci iacuerant se recepit. deo gratias
multas agens. Hora vero matutinali ad
domū fratrum minoruʒ pergens rogauit
vt pro sua tribulatione deo gratias age/
rēt: ⁊ te deum laudamus cantarent. Se/
quēti die domū cuiusdam sui emuli cum
suis paruulis iussa ē ingredi arto sibi loco
ibidē ad modū assignato. Que dū ab ho
spite ⁊ hospita plurimum grauaretur pa/
rietibus valefecit dicens. Libenter homi
nibus valefacerem si beneficos inuenirē.
Compulsa igitur ad locuʒ priorem redijt.
⁊ paruulos suos ad loca diuersa alendos
transmisit. Dum ꝟo per quādā viam stri/
ctam luto profundo plenā super quosdaʒ
lapides ibidem positos pergeret. ⁊ vetula
quedam cui iam multa beneficia contule/
rat. super eosdem lapides transiens eideʒ
cedere recusaret. ipsa in lutum profunduʒ
cecidit ⁊ surgens vestimēta sua gaudēs. ⁊
ridens abstersit Post hoc autem abba/
tissa eius matertera ipsius paupertati ni/
miū compatiens ad epm babembergen/
sem ipius auunculū eam duxit. Qui eam
honeste suscipiens caute retinuit. intēdēs
ipsam scđis nupcijs copulare Quod cum
ancille que secum continentiā vouerāt di/
dicissent ⁊ ex hoc se multis lachrymis af/
fligerent beate elizabeth cum gemitu hoc
retulerunt. Que eas confortans ait. Con
fido in dn̄o: pro cuius amore continentiā
voui perpetuā: ꝙ meū propositum firmū
custodiet ⁊ omnē violentiā conteret. ⁊ con
silium humanū dissoluet. Et si forte auū/
culus meus voluerit me alicui copulare:
animo dissentiam ⁊ verbis pariter contra
dicam. Et si nullum aliud mihi euadēdi
superesset remedium: nasuʒ mihi propriū
detruncarem vt me sic deformem quilibet
abhorreret. Cū igitur de mādato ipius
episcopi ad quoddam castꝝ inuita fuisset
deducta. moratura ibidem donec tradere
tur in cōiugiū. ⁊ ipa suam castitatem dn̄o
cum lachrymis cōmendasset. ecce dn̄o di/
sponēte ossa viri sui de vltra marinis par/
tibus deferuntur. Iussa est igitur ab epi/
scopo reduci. vt ossibus viri sui deuota oc
curreret. Ipsa ergo ossa ab epo cum hono
rabili processione ⁊ ab ipa cū multa deuo/
tione ⁊ lachrymarū effusiōe suscepta sunt.
Que cōuersa ad dn̄m dixit. Gracias tibi
ago dn̄e: quia in susceptione ossiū viri mei

dilecti tui me miserã ꝯsolari dignatus es.
Tu scis dñe q: licet ipm te amantẽ multũ
amauerim tñ ob tui amorẽ eiꝰ ꝑñtia libẽter
carui. ⁊ in sancte terre tue subsidiũ destina
ui. Et q̃uis delectabile michi esset adhuc
cũ eo viuere tali ꝯditiõe vt cum ipo paupe
re ꝑ totũ mundũ paupercula mendicarez.
tñ te teste ꝯtra tuã voluntatẽ vno crine ipm
nõ redimerẽ. nec ad vitã mortalẽ iterũ re-
uocarẽ. ipm aũt ⁊ me tue gratie recõmen-
do. ¶ Uerũ ne fructũ centesimũ per-
deret. ꝙ perfectionẽ euangelicã seruantibꝫ
datur ꝙ de sinistra miserie ad dexterã glo-
rie transferunt. religiosum habitũ induit.
vestes scꝫ griseas humiles ⁊ abiectas. ꝯti-
nentiã post mortẽ viri perpetuã seruãs obe
dientiã perfectã custodiens ⁊ voluntariaz
paupertatẽ amplectẽs. Mendicando ꝙꝫ
ire hostiatim voluit: sꝫ magister conradus
nõ permisit. Fuit aũt eius habitus tam de
spectus vt deferret palliũ griseũ panno co-
loris alterius prolongatũ. manicas etiam
tunice ruptas alterius coloris panno ha-
buit emẽdatas. Pater vero suus rex vn
garie audiens filiã suã ad tantã deuenisse
inopiã. comitẽ quendã ad eã misit. vt ipaz
ad paterna limina reducere procuraret. ꝙ
videns eam tali habitu ornatã: cemensq̄ꝫ
sedentẽ hũiliter ⁊ filantẽ pre ꝯfusiõe ⁊ ad-
miratõe exclamãs dixit: Nunq̄ꝫ filia regis
tam vili habitu induta apparuit: nec lanã
aliq̃n filare visa fuit. Cum vero pro sua re
ductiõe vehemẽter institisset nullatenus
acquieuit. cum pauperibꝫ malens in pau-
pertate degere. q̄ꝫ diuitijs multis cũ diuiti
bus abundare. Ut vero eius animus in
deũ totus transiret. ⁊ intenta eius deuotio
nullũ impedimentũ haberet rogauit dñm
vt oim temporaliũ ꝯtemptũ sibi infunde-
ret. ⁊ filiorũ dilectionẽ a suo corde auellerz
⁊ ꝯtra omẽs ꝯtumelias ꝯtemptũ ⁊ ꝯstan
tiã largiret. Fusa vero orõne audiuit dñm
sibi dicentẽ. Exaudita est orõ tua. Que di
xit ancillis Exaudiuit dñs vocẽ meã. q: ⁊
oĩa temporalia vt stercora reputo ⁊ de filijs
meis non plus quam de alijs proximis cu
ro. ⁊ mei ꝯtemptum ⁊ opprobria paruipẽ-
do. nihilq̄ꝫ aliud iam diligere video: nisi
deum Magister ꝙꝫ cõradus sepe sibi mo
lesta ⁊ cõtraria imponebat ⁊ quos ampliꝰ
diligere videbat ab eius ꝯsortio sepabat
adeo vt duas fideles ancillas ⁊ ꝑdilectas
q̃ a iuuẽtute sua secũ fuerãt enutrite ab ea
remouerit. multꝫ effusis lachrymis hinc ⁊
inde. Hec aũt faciebat vir sanctus vt eius
voluntatẽ frangeret. ⁊ vt ipa suũ affectum
ad deũ totaliter erigeret. ⁊ ne aliqua de an
cillis pristinã gloriã ad eius memoriã re-
uocaret. In his aũt oĩbꝫ inueniebat ⁊ ve
lox ad obedientiã ⁊ ꝯstans ad patientiaz.
vt per patientiã aiam suã possideret. ⁊ per
obedientiã victoria decoraret. Dicebat ꝙꝫ
Si ꝓpter deũ tm̃ timeo hominẽ mortalez.
quantũ tmere debeo iudicem celestẽ. Ideo
aũt magistro conrado pauperi ⁊ mendico
⁊ nõ alicui diuiti episcopo obedientiã face-
re volui. vt oẽm occasionẽ temporalis ꝯso
latiõis a me penitus abdicarem. Qua
dam vice dum claustrũ quarundã sancti-
moniali ũ ab eis obnixe rogata intrasset:
nõ habita licentia a suo magistro. fecit eaz
tam grauiter verberari vt post tres hebdo
madas in ea vestigia verberũ apparerent.
Dicebat aũt suis ancillis se ⁊ illas ꝯsolãs
Sicut gramẽ fluuio inundante deprimi-
tur ⁊ decrescente erigit. sic nos aliqua af-
flictõe adueniẽte debemus per humilitatẽ
submitti cessante vero ad deũ per spiritu-
alẽ leticiã eleuari. Tanta se humilitate
deprimebat vt nullatenus pateret q̄ ancil
le eam dñam appellarẽt. sꝫ singulariter ad
eam numero loquerent eo modo. s. quo in-
ferioribꝫ loqui solemus. Scutellas insup
aliaq̄ꝫ coquine vtensilia lauabat. ⁊ ne ab
ancillis prohiberet. eas tunc ad loca alia
transmittebat. Dicebat etiã. Si vitã aliã
magis despectã inuenissem ipam potius
elegissem ¶ Ceterũ vt cũ maria opti
mã partẽ possideret sedule contemplatiõi
vacabat. In qua quidẽ ꝯtemplatiõe spe-
cialẽ gratiã habuit lachrymas fundere. ce
lestes visiones crebro videre. ⁊ ad amorez
dei alios inflãmare. Quãdoquidẽ magis
iocunda videbat. tunc iocunde deuotiõis
lachrymas emittebat. ita vt lachryme de
vultu eius iocundo tanq̄ꝫ de fonte serenissi
mo effluere viderent. vt simul flens videre
tur ⁊ gaudẽs. nunq̄ꝫ in deformitatẽ vel ru
gas vultũ ex fletu ꝯuertens. Dicebat eñ de
his ꝙ vultũ in fletu deformãt. videnꝫ q̃si

dñm deterrere. Dent ei dño qđ habent cũ
iocunditate ⁊ hilaritate. Visiões celestes
in ipa sui oratiõe ⁊ ꝯtemplatiõe sepe vide/
bat. Quadã vero die sacro quadragesima
li tempore in ecclesia existens: sic ad altare
oculis defixis intenta manebat ac si ibidẽ
dei presentiã miraret᷑. vbi per magnũ spa/
cium ꝯsolata diuina est reuelatiõe refecta.
Deinde domũ reuersa: dum se pre debilita
te in ancille gremiũ appodiasset: ⁊ illa p fe/
nestrã oculos ad celũ defixos attolleret. tã
ta hilaritate vultus eius perfundit᷑ vt etiã
risus mirabilis sequeret᷑. Que cũ diu tam
iocunda visiõe letificata fuisset subito i la/
chrymas est ꝯuersa. Rursus oculos aperi/
ens pristina iocunditate perfruit᷑: oculosq̄
claudens pristinis lachrymis irrigat᷑. Et
sic vsq̄ ad ꝯpletoriũ talibꝰ est diuinis ꝯso/
latiõibꝰ imorata. Cum vero diu tacẽs nul
lum verbũ emisisset penitus. tandẽ prorũ/
pens locuta est dicens. Ita dñe tu vis esse
mecũ ⁊ ego tecũ: ⁊ nunq̄ volo a te separari
Postmodũ cum ab ancillis rogaret᷑ vt ad
dei honorẽ ⁊ ipaꝝ edificationẽ quid vide/
rit indicaret: illa ipaꝝ importunitate deui
cta ait. Vidi celũ apertũ: ⁊ iesum se ad me
benignissime inclinantẽ vultũq̄ ad me sin
cerissimũ ostendentẽ. Ego vero de sua vi/
sione ineffabili iocunditate perfusa: de suo
recessu remanebam multo merore deiecta.
Qui mei misertus. iteꝝ me sui vultus osten
sione letificãs ait. Si tu vis esse mecum ⁊
ego ero tecũ. Cui ego respondi prout me lo/
quentẽ audistis. Cumq̄ rogaret᷑ vt etiã vi/
sionẽ quã iuxta altare vidit exponeret. illa
respondit. Que ibi vidi nõ expedit enarra
re. Ibi tñ in gaudio multo fui: ⁊ dei miran
da ꝯspexi. Sepe quoq̄ dum in oratiõe
ꝯsisteret. facies eius mire splendebat. ⁊ ex
eius oculis instar solis radij ꝓdibãt. Se
pe aũt eius oratio tanti feruoris inuenieba
tur vt etiã alios inflãmaret. Iuuenẽ quoq̄
quendã seculariter indutũ ad se vocãs ait
Videris nimis dissolute viuere. cum debe
res creatori tuo seruire. Velles ne ꝙ pro te
deum orarẽ. Et ille. Volo dña ⁊ id vehe/
menter exposco. Cum igit᷑ oratiõi se dedis/
set: ⁊ iuuenẽ similiter pro se oratiõi incum/
bere monuisset: iuuenis alta voce clamauit
dicens: Cessate dña ab oratiõe iam cessate

Sed cum illa iam attentius oraret iuue/
nis altius clamãs dixit. Cessate dña quia
totus deficio ⁊ cõburor. Ipe eñ tanto ca/
lore fuerat succensus vt totus sudans ⁊ fu
mans corpus ⁊ brachia velut amẽs iacta/
ret adeo vt pleriq̄ accurrentes ⁊ ipm te/
nentes vestes eius pre nimio sudore madi
das inuenirent. ⁊ estum eius manibꝰ ferre
nõ possent. ipo clamante ⁊ dicente. Totus
ardeo ⁊ ꝯsumor. Ut vero beata elizabeth
orationẽ cõpleuit iuuenis estuare cessauit
Qui rediens ad seipm: ⁊ diuina gratia il
lustratus ordinẽ fratrũ minorũ ingressus
est. Illa aũt inflãmatio sic ostensa. feruorẽ
orationũ suaꝝ igneũ demonstrabat: qui tã
validus extitit ꝙ etiã frigidũ inflãmauit.
Sed ille carnalibꝰ assuetus ⁊ spiritualibꝰ
nõdum ydoneus talia capere nõ valebat.
I Ad summũ vero cumulum perfectio/
nis ꝓpter marie ꝯtemplatiõis ociũ nõ de/
seruit marthe officiũ laboriosum: sicut su/
pra in sex operibꝰ misericordie est ostensum
Nihilominus tamẽ postq̄ religiosum ha
bitũ induit: sedule pietatis operibꝰ deseruĩ
uit. Nam cum pro dote sua duo milia mar
charũ recepisset: partẽ in pauperes distri/
buit. ⁊ de reliquo in marpurg magnũ ho/
spitale ꝯstruxit. Propter qđ omes eam re/
putabant dissipatricẽ ⁊ prodigã. ⁊ cuncti
appellabãt eam insanã. Et qꝛ omes iniu/
rias nouerat gaudenter accipere imprope
rabant ei ꝙ nimis cito memoriã viri sui a
corde abiecerat que taliter exultabat Post
q̄ aũt hospitale ꝯstruxerat seruitijs paupe
rum se tanq̄ ancillã humilẽ mancipauit.
Nam pauperibꝰ solicita ministrabat: vt
eos etiã balnearet: ⁊ in lectis collocãs ope/
riret: adeo vt ancillis gratulabunda dice/
ret. Quã bene nobiscũ agitur quia dñm
sic balneamus ⁊ tegimus. In ipo aũt pau
perum obsequio sic humiliter se habuit: ꝙ
puerulũ quendã monoculũ ⁊ scabie ꝑfusũ
vna nocte sexvicibꝰ ꝓprijs brachijs ad locũ
necessitatis detulit: ⁊ pannos ipius fedatos
libenter lauit. Quandã etiã mulierẽ horri
biliter leprosam sepe abluẽs in lectulo col/
locauit. vlcera eiꝰ tergens ⁊ ligans medica/
menta adhibens. vnguesq̄ precidens. eiꝰ
etiã pedibus prostrata corrigias calciamẽ
torum soluens. Ipos aũt infirmos ad con

fessionē ⁊ cōmunicationē inducens vetulā
quandā penitus renuentē verbere castiga
tam induxit. Cum vero a pauperū vaca/
bat officio: filabat lanā de quodā monaste
rio sibi missam. ⁊ preciū quod inde accipie
bat paupibꝫ diuidebat. Cū aūt post mul
tam paupertatē quingētas marchas pro
dote sua receptas pauperibus diuideret. ⁊
oībꝫ ordinate locatis ipa succcincta trā/
siens ministraret. posita est lex vt si quis
in aliorū pauperū preiudiciū locū muta/
ret vt iterū acciperet. capillorū suorū detrūca
tionē aliquā sustineret. Et ecce puella q̄dā
nomine radegundis que mira capillorum
pulcritudine pollebat inde transitura ad/
uenit: nō ad elemosynā: sed vt quandā so/
rorē suā infirmā visitaret. Que cum tanq̄
legis preuaricatrix ad beatā elizabeth ad/
ducta fuisset: eius capillos primus detrūcari
mādauit: ipa flēte ⁊ plurimū reluctāte. cū
vero quidam de astantibus eam innocen/
tem assereret. illa ait. Saltem de cetero nō
poterit cum tanta capillorū ambitione ad
choreas accedere: nec cum illis vanitates
aliquas exercere. Interrogata vero puella
a beata elizabeth virū aliquando salubris
vite propositū concepisset respondit. q̄ iam
diu habitū religionis assumpsisset. nisi tan
ta fuisset in ea dilectio in capillis. Et illa.
Carius est mihi q̄ capillos perdideris q̄
si filius meus fuisset in imperiū sublima/
tus. Continuo igitur puella habitū religi
onis induit. ⁊ in hospitali cum beata eliza
beth degens laudabilē vitā duxit. Cum
quedam paupercula filiam peperisset. be/
ata elizabeth filiā de sacro fonte leuauit: et
nomen suum scilicet elizabeth eidem im/
posuit: ⁊ matri necessaria ministrauit ita
vt de pellicio ancille sue manicas auferēs
ad inuoluendum puellam sibi tribueret: ⁊
calceos proprios eidem donaret: Post tres
aūt septimanas mulier dimissa puella: latē
ter cum viro suo aufugit. Quod cum san/
cte elizabeth nunciatū fuisset: in orationē
se dedit. ⁊ vir ⁊ mulier vltra progredi non
valentes ad ipam coacti redierunt. ab ea
veniam postulantes. Quos vt iustū erat
de ingratitudine redarguens eis puellam
nutriendam tradidit ⁊ de necessariis eis pro
uidit. Appropinquāte vero tempo
re quo dominus dilectam suam de mundi
ergastulo vocare disposuit: vt que contem
pserat regnum mortalium regnū percipe/
ret angelorū: christus sibi apparuit dicēs:
Veni dilecta mea in preparata tibi eterna
tabernacula. Dum igitur febre correpta d
cumberet. ⁊ ad parietem faciem versam te
neret. audita est a circūstantibus dulcissi/
mam promere melodiā. Que cum ab vna
ancillarum quidnam hoc esset percuncta
ta fuisset: illa respondit. Auicula quedam
inter me ⁊ parietem se ponens tam suaui/
ter cecinit q̄ me ad canendū similiter pro/
uocauit. In ipa autem sui egritudine sem
per hilaris extitit: ⁊ nunq̄ ab oratiōe cessa/
uit. Vltima vero die ante eius transitum
dixit eis. Quid acture essetis si dyabolus
ad vos adueniret. Post paululum vero al
ta voce quasi dyabolum licentians. fuge.
tribus vicibus exclamauit. Deinde dixit.
Ecce appropinquat media nox in qua chri
stus nasci voluit ⁊ in presepio requieuit.

Appropinquante vero hora sui transi/
tus ait. Jam tempus instat in quo omni/
potens deus eos qui amici sui sunt ad ce/
lestes nuptias euocauit. Post paululū ve/
ro anno domini Millesimoducentesimo
vigesimosexto. ad extremam horam veni/
ens dormiuit in pace. Licet autem eius ve
nerabile corpus inhumatum quatuor die
bus iacuerit: nullus tamen fetor ex eo pro/
dibat. sed quidam odor aromaticus cun/
ctos reficiens exalabat. Tunc autem vi/
se sunt auicule multe super cacumen eccle
sie congregate: quas nunq̄ aliquis prius
viderat: que tam suaui modulatione can/
tabāt ⁊ tanta varietate modos cantandi
formabant. vt cunctos in admirationem
adducerent. eo q̄ eius exequias quodam/
modo agere viderentur. Multus autem
ibi fuit clamor pauperum multa deuotio
populorum: ita vt alii capillos capitis de/
truncarent. alii particulas pannorum inci
derent. ⁊ hec pro summis reliquiis reserua
rent. Eius autem corpus in monumen
to est positum quod postmodum redun/
dare oleo est repertum. Manifestum
est igitur in eius transitu quante ipsa bea/

ta elizabeth fuerit sanctitatis. ⁊ hoc q̄ ad
auicule modulationem ⁊ demonis expul/
sionem Jllam em̄ auiculā que inter ipam
⁊ parietē se posuit ⁊ tam dulciter cecinit ꝙ
etiā ipam ad cantandū induxit. credimus
fuisse eius angelū q̇ fuerat ad eius custodi
am deputatꝰ. qui eidē eternū gaudiū nun
ciauit. Sicut em̄ reprobis interdū ante su
um transitū reuelaẜ eterna sui damnatio
ad maiorē sui ꝯfusionē. sic electis interdū
reuelaẜ eterna sui saluatio ad maiorē sui cō
solationē. Jlle aūt cantus quē ipa protulit
fuit imensum gaudiū. qđ ex tali reuelatiōe
ꝯcepit. qđ quidē tam imensum extitit ꝙ in
corde totaliter capi nō potuit. sed se per su
auitatis vocē manifestauit. Dyabolus
insuper si forte aliquod ius habeat ad san
ctos etiā morientes accedit. Sed quia in
beata elizabeth nil iuris habuit. ideo tur/
piter licenciatus aufugit. Per hoc igiẜ in/
telligi daẜ quante fuerit sanctitatis a qua
⁊ dyabolus territus fugit. ⁊ cui angelꝰ eter
num gaudiū nunciauit Manifestū est
scđo quante fuerit mundicie ⁊ puritatis. ⁊
hoc quo ad odoris exalationē Quia ei cor
pus eiꝰ oī mūdicia ⁊ castitate i vita nituit.
ideo in morte odoris suauitate fragrauit.
Manifestū est tertio quante fuerit ex/
cellentie ⁊ dignitatis. ⁊ hoc quo ad auium
iubilationē. Jllas em̄ aues que in cacumi
ne ecclesie iubilantes ⁊ cantantes apparue
runt. credimus fuisse angelos. q̄ a deo missi
fuerūt vt eius aīam in celū deferrent: ⁊ eiꝰ
corpꝰ celestibꝰ iubilatiōibꝰ honorarēt. Sicꝫ
ei ad reprobos moriētes mltitudo ꝯuenit de
monū vt eos terroribꝰ crucient ⁊ eoꝝ aīas
ad tartara rapiāt. sic ad electos decedētes
multitudo ꝯfluit angeloꝝ vt eos ꝯfortent
⁊ eoꝝ anīas ad celestia regna perducant.
Manifestū est quarto quante fuerit mi
sericordie ⁊ pietatis: ⁊ hoc quo ad olei ema
nationē. De eius em̄ corpore oleū emana/
uit: q: in vita misericordie operibꝰ tota re/
dundauit. O quantis pietatis visceribus
eius nunc affluit spiritus: cuius perfundi
oleo inuentū est in puluere iacens corpus.
Manifestū est quinto quante sit apud
deum potestatis ⁊ meriti: ⁊ hoc multiplici
miraculorū operatiōe. Postq̄ em̄ de corpo
re transijt: deus eam multiplici miraculoꝝ
gloria illustrauit: quoꝝ quedā inferius sūt
posita. multa vero breuitatis gratia inter/
missa. L Jn partibꝰ siquidē saxonie
in monasterio quodā hildeñ. dyoce. mona
chus quidā ordinis cister. hainricus noīe
tanta fuit infirmitate depressus ⁊ grauibꝰ
doloribꝰ circūdatus vt oēs ad ꝯpassionē in
duceret: ⁊ clamoribꝰ inquietaret. Quadā
igiẜ nocte apparuit sibi q̄dā venerabil' dn̄a
vestibꝰ albis amicta q̄ eū admonuit vt si
sanitatē recipere cuperet beate elizabeth se
deuoueret. Sequēti nocte similia persua/
dens apparuit. Jlle aūt cum abbas ⁊ prior
deessent. de cōsilio supprioris votū emisit.
Tertia nocte eidē apparens signū crucis
sup eum edidit: ⁊ ille ꝯtinuo sanitatē rece/
pit. Cum aūt abbas ⁊ prior redeuntes hec
audissent: mirari quidē de eius sanitate ce
perunt. sed de voti adimpletiōe plurimuꝫ
dubitarūt. cum nulli monacho liceat aliq
vota emittere: nec se ad talia obligare. Ad
iecit quoqꝫ prior monachos sepe ad huius/
modi illicita sub specie boni demonū appa/
ritione deludi. ⁊ ideo esset illi monacho cō
sulendū vt mentē suā instabilē ꝯfessiōe fir
maret. Sequenti igiẜ nocte eadē persona
q̄ sibi prius apparēs dixit Jnfirmus semp
eris donec impleas quod vouisti. Statim
ergo eadē infirmitas ipm arripuit. ⁊ eisdē
doloribꝰ torqueri cepit. Quod cum abbas
audisset: ipm statim licenciauit ⁊ cerā pro
imagine facienda dari precepit. Qui mox
sanitate recepta votum suū adimplere stu
duit: ⁊ illius infirmitatis nihil postmoduꝫ
passus fuit. Puella quedā nomine beni
gna maguntinensis dyocesis cū ab ancilla
potū petisset. illa ꝯmota potū porrexit di/
cens: Accipe ⁊ dyabolū bibe. Uisumqꝫ est
puelle vt ardens ticio per eius guttur de/
scenderet. adeo vt se in collo pati clamaret
Continuo igiẜ venter eius instar vtris in/
tumuit: ⁊ quoddā in eius ventre per singu
la membra discurrere visum est. Jlla vero
gemitus miserabiles faciens: ⁊ voces insa
nas emittens obsessa a demone fore crede/
baẜ. Jn statu vero tali per bienniū mansit
Deducta igiẜ ad tumulū sancte elizabeth
⁊ ibidē pro ea voto emisso: dum super tum/
bam posita fuisset: velut exanimis ibidem
apparuit. sed dum modicū panis ad man

ducandū ⁊ aquā bn̄dictā ad bibendū sup eandē tumbā eidē obtulissent. mox cūctis stupētib⁊ ⁊ mirātib⁊ sanata surrexit. Uir quidā d̄ dyocesi traiectensi gedericus noīe cum in vna manu ↄtractus eius visum penitus amisisset. ⁊ sepulcrū beate elizabeth bis visitās curationē minime recepisset. tertio illuc cum vxore sua cum multa deuotione accessit. Quo dum tenderet: senem quendā reuerendi aspectus habuit obuiū. Qui ab eo salutat⁹: ⁊ vnde venisset requisiuit: dixit se de marburg vbi corpus sancte elizabeth requiescit venire: vbi d̄s multa miracula operaẜ. Cum aūt vir suā infirmitatē exposuisset eidē: ille manu eleuata euꝫ benedixit dicens. Securus perge: q2 sanitatē recipies. dūmodo manuꝫ infirmā ad caput sepulcri in quadā fouea ibi facta sb lapide miseris. Quā quanto profundius imiseris tāto citius sanitatem obtinebis. Tunc aūt sanctū nicolaū in memoria habeas. q̄ sancte elizabeth tanq̄ comes ⁊ socius i suis miracul' cooperaẜ ibidē. Adiecit etiā stultos esse qui proiectis oblatiōib⁊ statim discedūt. cum sanctis placeat vt cū perseuerātia eoꝝ suffragia postulenẜ. mox q̄ senex ab eis disparuit: nec vltra ipm̄ videre potuerunt. Super quo plurimuꝫ admirati pergebant plenam sanitatis recuperande fiduciā obtinentes. Vir igitur iuxta senis ↄsiliū manū sub lapide monumēti posuit. ⁊ ipam ↄtinuo retraxit om̄ino sanatā. Quidā de dyocesi coloniēsi hermānus noīe: dum in carcere a iudice teneręẜ. ad deū se totaliter ↄtulit: ⁊ beatā elizabeth ⁊ magistrū conradū in sui adiutoriū deuotione qua poterat inuocabat. Sequēti autem nocte ambo insimul cū multo lumine sibi apparuerunt. multipliciter eum consolantes. Tandē sententia in eum data suspendiẜ. ⁊ ad spaciū vnius miliaris teutonici in patibulo detineẜ. Judex aūt ↄcessit parentibus vt ipm̄ deponerēt: ⁊ in tumulo sepelirēt. Preparata igiẜ fouea cum esset d̄positus: pater ⁊ patruus ceperūt pro mortuo beate elizabet patrocinia inuocare. Et ecce mirātib⁊ ⁊ stupentib⁊ vniuersis. q̄ fuerat mortuus surrexit viuus. Scolaris quidā de dyocesi maguntineñ. ouitardus noīe duꝫ piscatiōi minus cautus insisteret in flumē lapsus cecidit. Magno aūt temporis spacio interiecto: dū eius corpus eēt extractū: adeo sine sensu ⁊ motu rigidū est repertū. q̄ nullo in eo signo vite inuento: vere mortuus ab omnibus est iudicatus. Tunc beate elizabeth imploranẜ merita ⁊ cunctis videntib⁊ ⁊ admirantibus sibi restituitur salus ⁊ vita. Juuenis quidā tres annos ⁊ dimidiū hn̄s de dyocesi maguntiñ. hugolinus noīe dum spiritum emisisset. ⁊ corpus eius per spacium quattuor miliariorū teutonicorū rigidum ⁊ exanime iacuisset: mater ad inuocandā sanctā elizabeth tota deuotiōe se ↄtulit: ⁊ puerū viuū ⁊ sanū recepit. Puer quidā quattuor annorū dum in puteū cecidisset casu quidā veniēs aquā haurire animaduertit puerū submersum intus iacere. quē postq̄ cum difficultate extraxit. ipm̄ mortuum deprehendit. Cuius quidē mortis erant indicia temporis diuturnitas: corporis rigiditas: oris ⁊ oculoꝝ horribilis apertio: denigratio cutis: ventris inflatio ⁊ omnimoda sensus ⁊ motus priuatio. Pro ipo igiẜ suscitando ad beatā elizabeth votum emittiẜ: ⁊ ↄtinuo vite pristine restauratur.

Quedā etiā puella in flumine submersa dum fuisset extracta btē elizabeth meritis protinus est vite restituta. Uir quidā nomine frideric⁹ d̄ dyoce. maguntiñ. in arte natādi valde peritus: dum se in quadā aqua balnearet ⁊ pauperē quendā per beatā elizabeth illuminatū deridens i eius faciē aquā ↄtemptibiliter spargeret. ille prouocatus dixit. Domina illa sancta que mihi grām prestitit. de te me vindicet. ita vt hinc nō exeas nisi mortu⁹ ⁊ submersus. Ille autē imprecationē pauperis paruipendens: ⁊ in aquā lasciue se immittēs: virib⁊ penitus destitutus se iuuare nō potuit: sed in profunduꝫ quasi lapis descendit. Post multū vero temporis requisitus: de aqua mortuus est delatus. Cumq̄ magnus plāctus fieret sup eum quidā eius propinqui ceperūt pro eo ad beatā elizabeth votū facere. ⁊ eius suffragia deuotissime implorare. Statim igiẜ in eum spiritus redijt: ⁊ viuus ⁊ sanus surrexit. Quidā noīe iohānes de dyoce. maguntiñ. cū quodā fure innocenter deprehensus: ⁊ suspendio cū ipo

adiudicatus: cunctos rogauit vt beatam elizabeth oraret q̄ fm sua merita iuuaret. Cum q̄ esset suspensus: audiuit vocē super se dicentē. Confide ꝛ in sanctā elizabeth fiduciā habe: ꝛ liberaberis. Statimq̄ alio remanēte ip̄o fune fracto de loco alto grauissime cecidit: nullā tñ lesionē incurrit: licet noua qua indutus erat camisia rumperetur. Qui exhilaratus ait. Sancta elizabeth tu me liberasti. ꝛ in stratuz molle me cadere fecisti. Cum eñ aliqui dicerēt ip̄m iterū suspendendū. iudex ait. Quē deus liberauit. denuo suspēdi nō permittā. Cōuersus quidā fuit i quodā monasterio dyocef. maguntiñ. volemarus noīe ad moduz religiosus. q̄ carnē suaz sic afflixit vt circa annos viginti loricā ad carnē portaret: ꝛ inter lapides ꝛ ligna iaceret. Huius manū dum in molendino esset lapis molaris casu apprehēsam sic ꝯtriuit. vt carnē ab vtraq̄ parte auelleret. ossa ꝛ neruos ꝯtereret. ita vt in quodā mortario ꝯtrita quodāmodo videref. Qui tanto doloris aculeo vrgebatur: vt rogaret q̄ manus sibi precideretur. Cum igif beatā elizabeth crebro in sui auxiliū inuocaret. que etiā in vita sua sibi familiaris extiterat: quadā nocte sibi apparuit dicens. Vis sanus fieri. Qui cum respōderet libenter. illa manū apprehendēs neruos sanauit: ossa integrauit: ꝛ carnē ab vtraq̄ parte restituit ꝛ pristine sanitati donauit. Mane aūt facto perfecte sanatū se reperit: ꝛ toti ꝯuentui ip̄am manū cunctis stupentib⁹ sanatā ostēdit. ¶ Quidā puer quinquēnis discretus noīe maguntf. dyocef. cum cecus natus esset. meritis beate elizabeth lumē recepit. Pellis siquidem integra sine pilis palpebraꝝ vel aliqua pellis diuisiōe oculis supinducta fuerat. adeo vt totaliter oculos tegeret nec sbstantie oculorū vllum indiciū appareret. Mater igif ei⁹ ad sepulcꝝ btē elizabeth ip̄m ducēs de terra sepulcri oculos eius liniuit. ꝛ sup euz beate elizabeth merita inuocauit. Et ecce pellis integra per mediū scinditur. ꝛ eius oculi paruissimi turbulenti ꝛ sanguinolenti videf. sicq̄ puer btē elizabeth meritꝫ suffragātib⁹ visus bñficio est potitus. Puella quedā eiusdē dyocesis beatrix noīe cū diu magnis ꝛ diuersis fuisset infirmitatibus molestata. tandē gibbo in dorso ꝛ struma in pectore excrescentib⁹ sic est toto corpore incuruata. vt nulla se ratiōe erigeret sed manib⁹ super genua positis. corpus suum taliter sustentaret. Cum igif mater in quadā sporta eam ad tumulū sancte elizabeth deportasset: ꝛ per decē dies ꝯmorātes ibidē nullū potuissent sanitatis remediuz inuenire. irata mater eius ꝯtra beatā elizabeth murmurauit dicens. Omnib⁹ beneficia impendis: ꝛ me miserā nō exaudis. Reuertens igitur omes quos potero a visitatione tui auertere procurabo. Cum igitur irata recederet: ꝛ iam miliare ꝛ dimidium peregisset: ꝛ eius filia doloribus cruciata lugeret. tandem ip̄a puella obdormiens vidit quandā pulcerrimā dominā cum facie refulgenti: que corpus eius in dorso ꝛ pectore liniēs dixit ei. Surge ꝛ ambula. Euigilans puella ꝛ se ab omi deformitate ꝛ curuitate penitus sanatā inueniēs visionem matri retulit ꝛ gaudiū ꝛ leticiā generauit. Redeuntes igif ad sepulchrū sancte elizabeth deo ꝛ sibi gratias egerunt. ꝛ ibidem sportā in qua puella portata fuerat dimiserunt Mulier quedā gertrudis nomie eiusdē dyocesis per multos annos vtroq̄ crure ꝯtracta ꝛ toto corpore curua in somnis admonetur. vt ad sanctū nicolaū proficiscēs eius debeat merita implorare. que ad quādā ecclesiā sancti nicolai portari se fecit. ꝛ in vno crure sanitatē inuenit. Tandē ad sepulcrū beate elizabeth perducta ꝛ sup ei⁹ tumulū posita grauissimis dolorib⁹ stimulata: ꝛ velut amens effecta: sana ꝛ incolumis exurrexit. Mulier quedā scintrudis noīe eiusdē dyocesis cum per annū integrū penitus ceca mansisset ꝛ alioꝝ semper auxilio duceref ad rogandū sanctā elizabeth tota deuotōe se ꝯtulit ꝛ amissum lumen recepit. Vir quidā hainricus maguntiñ. dyocef. cum lumine oculorū penitus esset priuat⁹ sepulcrū sancte elizabeth visitans plene curatiōis beneficiū reportauit. Postmodū vero idē vir fluxu sanguinis adeo est grauatus vt moriturus a familia crederetur. Accipiens vero de terra sepulcri sancte elizabeth ꝛ ip̄am conficiēs aqua ꝯmiscuit ꝛ bibens plenā sanitatē recepit. Puella quedā methildis noīe ...

uerenꝭ dyoceꝭ. dum visu ⁊ auditu priuata esset ⁊ loquēdi ⁊ ambulādi potentiā amisisset. pater suus ⁊ mater ad beatam elizabeth eam deuouerunt: ⁊ perfecte sanatam dei ⁊ elizabeth laudantes magnalia receperunt. Mulier quedā noīe helibingis treuerensis dyoceꝭ. cum per annū ceca penitus extitisset. ⁊ pro sua curatiōe beate elizabeth merita inuocasset ad tumulū eius duci se faciens vnius oculi lumen recepit. que ad propria reuersa in alio grauiter torqueri se sensit. Cum vero iterū eius merita implorasset apparuit ei dicēs. Accedēs ad altare fac cū corporali tuos oculos vētilari: ⁊ sic recipies sanitatē. Que cum iussa cōpleuisset sanitatē recepit. Vir quidam theodoricus noīe maguntiñ dyoceꝭ: in genibꝫ ⁊ cruribꝫ diu grauissime infirmatus ita vt nō posset pergere nisi ab aliis portareꝭ. votū fecit ꝙ sepulcrū beate elizabeth cum oblatiōibꝫ visitaret. Et cum locus eius a tumulo tm̄ per decē miliaria distaret. vix in octo diebꝫ potuit peruenire. Cum vero ibidē per quattuor septimanas mansisset: ⁊ nullū remediū impetrasset domū redibat Cunq; in loco quodā iuxta alium infirmū decumbēs quiesceret vidit in somnis quēdam ad se venientē ⁊ aqua totaliter perfundentē Qui euigilans cōtra sociū iratus ait. Quare me aqua totaliter perfudisti. Qui ait. Ego te non perfudi. Sed credo ꝙ illa perfusio erit tibi causa salutis. Ille igitur surgens ⁊ se sanatum totaliter inueniens baculos super humerū posuit: ⁊ ad tumulū sancte elizabeth rediens ⁊ gratias agens letus ad propria remeauit.

CLXIIII A
De sancta Cecilia.

Cecilia quasi celi lilia vel cecis via. vel a celo ⁊ lya. Vel cecilia quasi cecitate carēs. Vel diciꝭ a celo ⁊ leos qđ est populus. Fuit eñ celeste liliū per virginitatis pudorē Vel dr̄ liliū: q2 habuit candorē mundicie. virorē cōscientie. odorē bone fame. Fuit ⁊ cecis via per exempli informationē. celū per iugē cōtemplationē. lya ꝑ assiduā operationē. Vel diciꝭ celū: q2 sicut dicit ysidorus celū phi volubile rotundū ⁊ ardens esse dixerūt. sic ⁊ ipa fuit volubilis per operationē solicitā. rotunda per ꝑseuerantiā. ardens per caritatē succensam. Fuit etiā cecitate carens per sapiētie splendorem. Fuit ⁊ celū populi. quia in ipa tanq; in celo spirituali populus ad imitandū intuetur solem lunā ⁊ stellas. id est sapientie perspicacitatē. fidei magnanimitatē. ⁊ virtutum varietatē. B

Cecilia virgo preclarissima ex nobili romanoꝝ genere exorta ⁊ ab ipsis cunabilis in fide christi nutrita absconditū semper euangeliū christi gerebat in pectore. ⁊ nō diebꝫ neq; noctibꝫ a colloquiis diuinis ⁊ oratiōe cessabat: suāq; virginitatē cōseruari a dño exorabat. Cum aūt cuidā iuueni nomine valeriano desponsata fuisset ⁊ dies nuptiarū instituta esset. illa subtus ad carnē cilicio erat induta. ⁊ desuper deauratis vestibꝫ tegebatur. Et cantantibus organis. illa in corde soli domino decantabat dicens. Fiat dñe cor meū ⁊ corpus meū immaculatū vt non confundar. Et biduanis ac triduanis ieiuniis orans cōmēdabat domino quod timebat. Venit āt nox in q̄ suscepit vna cū sponso suo cubiculi secreta silentia. ⁊ ita eum alloquitur. O dulcissime atq; amantissime iuuenis: est mysterium quod tibi confitear. si modo tu iuratus asseras tota te illud obseruantia custodire. Jurat valeranus se illud nulla necessitate detegere. nulla prodere ratiōe. Tunc illa ait. Angelum dei habeo amatorem qui nimio zelo custodit corpus meum. Hic si leuiter senserit ꝙ tu me polluto amore contingas statim feriet te ⁊ amittes florem tue gratissime iuuentutis. Si autem cognouerit ꝙ me sincero amore diligas. ita quoq; diliget te sicut me ⁊ ostendet tibi gloriam suam. Tunc valerianus nutu dei correptus ait. Si vis vt credam tibi ipsum angelum mihi ostende: ⁊ si vere probauero ꝙ angelus sit. faciam quod hortaris. Si aūt virum alium diligis. te ⁊ illū gladio feriā. Cui cecilia dixit Si in deū verū credideris. ⁊ te baptizari promiseris. ipm videre valebis. Vade igiꝭ in tertium

miliariū ab vrbe via que apia nūcupatur
ꝛ pauperibꝫ quos illic iuenies dices. Ceci/
lia me misit ad vos vt ostēdatis mihi san
ctū senē vrbanū: qm̄ ad ipm habeo secreta
mādata q̄ perferā. Hunc dū tu videris i/
dica ei oīa ꝟba mea: ꝛ postq̄ȝ ab eo purifi/
catus fueris ꝛ redieris: angelū ipm vide/
bis. Tunc valerianus perrexit. ꝛ ꝟm signa
que acceperat sanctū vrbanū epm intra se
pulcra martyrū latitātē inuenit. Cuncꝫ ei
omīa verba cecilie dixisset: ille manus ad
celū pandēs cum lachrymis ait: Dn̄e ie/
su xp̄e seminator casti ꝯsilij suscipe seminū
fructus que in cecilia seminasti. Dn̄e iesu
xp̄e pastor bone: cecilia famula tua quasi
apis tibi argumētosa deseruit. Nam spon
sum quē quasi leonē ferocē accepit ad te q̄/
si agnū mansuetissimū destinauit. Et ecce
subito apparuit senex quidā niueis vestibꝫ
indutus: tenēs librū aureis litteris scriptū
Quē videns valerianus pre nimio timo/
re quasi mortuus cecidit ꝛ a sene leuatus
sic legit. Unus deus vna fides vnum ba/
ptisma, vnus deus ꝛ pater oim qui sup oēs
ꝛ per omīa ꝛ in omībꝫ nobis. Cumqꝫ hec le
gisset: dixit ei senior. Credis ita esse: an ad
huc dubitas. Tunc exclamauit dicēs. Nō
est aliud quod verius credi possit sub celo
Statimqꝫ illo disparēte: valerianus a san
cto vrbano baptisma suscepit. Et rediens
ceciliā cū angelo loquentē in cubiculo in/
uenit. Angelus aūt duas coronos ex rosis
ꝛ lilijs in manu habebat: ꝛ vnā cecilie, ꝛ al
terā valeriano tradidit dicens: Istas coro
nas imaculato corde ꝛ mundo corpore cu/
stodite: qꝛ de paradiso dei eas ad vos attu
li: nec vnq̄ȝ marcescent: nec odorē amittent
nec ab alijs nisi quibꝫ castitas placuerit vi
deri poterūt. Tu aūt valeriane qꝛ vtili cō/
silio credidisti pete qd̄cunqꝫ volueris: ꝛ cō
sequeris. Cui valerianus. Nihil michi in
hac vita extitit dulcius q̄ȝ vnicus fratris
mei affectus. Peto igit̃ vt ꝛ veritatatē ipe
mecū agnoscat. Cui angelus. Placet dn̄o
petitio tua. ꝛ ambo cum palma martyrij
ad dn̄m venietis. ¶ Post hoc ingres/
sus tiburcius frater valeriani: cum nimiū
rosarū sensisset odorē dixit. Miror hoc tē/
pore roseus hic odor ꝛ liliorꝫ vnde respiret.
Nam si ip̄as rosas vel lilia in manibꝫ me
is tenerē: nec sic poterāt odoramēta tante
mihi suauitatis infundere. Confiteor vob
ita sum refectus vt putē me totū subito im
mutatū. Cui valerianꝰ Coronas habemꝰ
quas tui oculi videre nō preualent: floreo
colore ꝛ niueo candore vernantes. ꝛ sicut
me interpellante odorē sensisti. sic ꝛ si cre/
dideris videre valebis. Cui tiburcius. In
somnis hoc audio: an in veritate ista tu lo/
queris valeriane. Cui valerianus In som
nis vsqꝫ modo fuimus: sed iam nunc i ve/
ritate manemus. Ad quē tiburcius. Un/
de hoc nosti. Et valerianus. Angelus dn̄i
me docuit: quē tu videre poteris si tu puri
ficatus fueris: ꝛ omībꝫ idolis abrenuncia/
ueris. Huic miraculo de coronis rosarū
ambrosius testat̃ in prefatiōe, sic dicens:
Sancta cecilia celesti dono repleta vt mar
tyrij palmā assumeret. ipm mundū est cuȝ
thalamis execrata. Testis est valeriani cō
iugis ꝛ tiburcij ꝓuocata ꝯfessio: quos dn̄e
angelica manu odoriferis floribꝫ coronasti
Uiros virgo duxit ad gloriā mundus a/
gnouit quantū valeat deuotio castitatis.
Hec ambrosius. Tunc cecilia euiden/
ter ondit ei oīa idola esse insensibilia ꝛ mu
ta ita vt tiburcius responderet ac diceret.
Qui ista nō credit pecus est. Tunc cecilia
osculans pectus eius dixit. Hodie fateor
te meū esse cognatū. Sicut ei amor dei fra
trem tuū michi ꝯiugē fecit: ita te mihi co/
gnatū ꝯtemptꝰ faciet idolorū. Uade igit̃
cum fratre tuo vt purificationē accipias:
ꝛ angelicos vultus videre valeas. Dixit/
qꝫ tiburciꝰ fratri suo. Obsecro te frater vt
mihi dicas ad quē me ducturꝰ es. Cui va/
lerianus. Ad vrbanū epm. Cui tiburcius
De illo vrbano dicis q̄ totiēs damnatꝰ est
ꝛ adhuc in latebris ꝯmorat̃. Hic si inuen
tus fuerit cremabit̃: ꝛ nos in illius flāmis
pariter inuoluemur. ꝛ dum querimus di/
uinitatem latentē in celis: incurremus fu/
rorem exurentem in terris. Cui cecilia. Si
hec sola esset vita iuste hanc perdere time/
remus. Est autē alia melior que nunq̄ȝ a/
mittitur: quam nobis dei filius enarra/
uit. Omīa eni q̄ facta sunt filius ex p̄re ge
nitus ꝯdidit. Uniuersa aūt q̄ ꝯdita sunt
ex p̄re procedens spiritus aiauit. Hic igit̃
filius dei in mundū veniēs verbis ꝛ mira/

culis aliam vitam esse nobis monstrauit.
Cui tiburtiꝰ Certe vnū deū esse asseris. ⁊
quō nunc tres esse testaris. Rn̄dit cecilia.
Sicut in vna hoīs sapientia. sunt tria
scȝ ingeniū memoria ⁊ intellectus sic et in
vna diuinitatis essentia tres psone eē pos/
sunt. Tunc cepit ei de aduentu filij dei: et
passione predicare ⁊ multas cōgruitates
ipsius passionis ostendere. Nam ideo in
quit filius dei est tentus. vt genus huma
nū dimittatur peccato detentū. Benedi/
ctus maledicitur. vt homo maledictus be
nedictionē consequatur. Illudi se patitur
vt homo ab illusione demonuȝ liberetur.
Spineā coronā accepit in capite vt a no/
bis sententiā auferat capitalem. Fel susce
pit amarū vt sanaret hōis dulcē gustum.
Expoliatur vt parentū nostroꝝ nuditatē
operiat. In ligno suspēditur. vt ligni p̄ua
ricationē tollat. Tūc tiburtius fratri suo
dixit. Miserere mei ⁊ perduc me ad ho/
minē dei vt purificationē accipiā. Ductꝰ
igitur ⁊ purificatus: angelos dei sepe vi/
debat. ⁊ om̄ia q̄ postulabat. protinus obti
nebat. D Ualerianus igitur ⁊ tibur
tius elemosynis insistebāt ⁊ sanctorū cor
pora quos almachius p̄fectus occidebat
sepulture tradebant. Quos almachiꝰ ad
se vocans cur pro suis sceleribus damna
tos sepelirent inquisiuit. Cui tiburtius.
Utinā illoꝝ serui essemus quos tu dam/
natos appellas Qui cōtēpserunt illud qd̄
videtur esse ⁊ nō est ⁊ inuenerunt illud qd̄
nō videtur esse ⁊ est. Cui prefectus Quid
nam est illud Et tiburtius. Quod vide/
tur esse ⁊ nō ē. est om̄e qd̄ in hoc mūdo est.
qd̄ hominē ad nō esse perducit. Quod ꝟo
nō videtur esse ⁊ est. est vita iustorū ⁊ pe/
na malorū Cui prefectꝰ. Non puto ꝙ mē/
te tua loquaris. Tunc iubet astare vale/
rianū dicens ei. Q̄m non est sani capitis
frater tuus tu saltem poteris sapiēter da/
re responsum. Constat plurimū vos erra/
re qui gaudia respuitis ⁊ omnia inimica
gaudijs affectatis. Tunc valerianus se
vidisse ait glaciali tp̄e ociosos iocantes. ⁊
operarios agricolas deridentes. Sed esti
uo tp̄e dum aduenissent gloriosi fructus
laborum gaudentibus illis qui putaban
tur vani ceperant flere qui videbantur vr
bani Sic ⁊ nos nūc quidem sustinemus
ignominiā ⁊ laborē in futuro aūt recipie/
mus gloriā ⁊ eternā mercedē. Uos autē
nūc transitoriū habetis gaudiū in futuro
autē inuenietis eternū luctū. Cui prefectꝰ
Ergo nos inuictissimi principes eternum
habebimus luctū ⁊ vos persone vilissime
perpetuū possidebitis gaudiū. Cui vale/
rianus. Homūtiones estis nō principes:
tp̄e nostro nati citius morituri. ⁊ deo ratō/
nē plus om̄ibus reddituri. Dixit autē p̄/
fectus. Quid verboꝝ circuitu īmoramur
Offerte dijs libamina. ⁊ illesi abscedite.
Sancti responderūt. Nos deo ꝟo quoti/
die sacrificiū exhibemus. Quibus prefe/
ctus. Quod est nomē eius Cui valerianꝰ
Nomē eius inuenire nō poteris etiā si pē
nis volaueris. Prefectus dixit. Ergo iu/
piter nomē dei nō est. Cui valerianꝰ No/
men homicide ⁊ stupratoris est. Ad queȝ
almachius. Ergo totus mūdus errat. ⁊ tu
cū fratre tuo verū deū nosti. Ualerianus
rn̄dit. Nos soli nō sumus sȝ innumerabi
lis m̄ltitudo hāc sctitatē recepit. Tradū
tur igitur sancti ī custodiā maximi. Qui/
bus ille ait. O iuuentutis flos purpureꝰ
o germanus fraternitatis affectus quō ad
mortē quasi ad epulas festinatis. Cui va
lerianus ait ꝙ si crediturū se promitteret:
gloriā animaꝝ eorū post mortem videret
Et maximus. Fulminibus igneis consu/
mar. si nō illum solum deū confitear quē
adoratis si contingat qd̄ dicitis. Ipse igit
maximus ⁊ om̄is eius familia ac vniuer/
si carnifices crediderūt. et ab vrbano qui
illuc occulte venit. baptisma susceperunt.
E Igitur dum aurora nocte finē daret
cecilia exclamauit dicēs. Eja milites xp̄i
abijcite opera tenebraꝝ ⁊ induimini arma
lucis. Quarto igitur miliario ab vrbe scī
ad statuam iouis ducūtur. Et dum sacri
ficare nollent pariter decollantur. Tunc
maximus cū iuramento asseruit se in ho/
ra passionis eorū angelos vidisse fulgen/
tes ⁊ animas eorū quasi virgines de tha/
lamo exeuntes quas in gremio suo in celū
angeli detulerūt. Almachius ꝟo audiēs
maximū xp̄ianum effectum eum plū ba/
tis tamdiu cedi fecit. quousqȝ spm̄ excussit
Cuius corpus sancta cecilia iuxta valeri/

anum ⁊ tiburtium sepeliuit. Tunc alma
chius facultates amborũ cepit inquirere
⁊ ceciliam tanq̃z valeriani coniugẽ coraz
se fecit astare. Iussitq̃z vt idolis immola/
ret. aut sententiã mortis incurreret. Cum
ãt ad hoc ab apparitoribus vrgeret. ⁊ illi
vehementer flerent eo q̃ puella tam de/
cora et nobilis vltro se morti traderet. di/
xit ad eos. Hoc boni iuuenes nõ est iuuẽ
tutem perdere sed mutare. dare lutum et
accipere aurũ. dare vile habitaculũ ⁊ ac/
cipere preciosum. dare breuem angulum:
⁊ accipere forum perlucidum: Si quis p
numo solidos daret. nõne velotius festina
retis. Deus autẽ qd̃ acceperit simplũ red
det centuplum Creditis his que dico Et
illi. Credimus xp̃m verum esse deũ q̃ ta/
lem possidet famulã. Vocato igitur vr/
bano ep̃o quadringẽti ⁊ amplius baptiza
ti sunt. Tunc almachius sanctã ceciliam
ad se vocans ait. Cuius cõditiõis es. Et
illa. Ingenua sum ⁊ nobilis. Cui alma/
chius. Ego te de religione interrogo. Et
cecilia. Interrogatio tua stultũ sumit ini
tium que duas responsiones: vna putat
inquisitione concludi. Cui almachi⁹ Vñ
tibi tanta presumptio respondẽdi. At illa
De consciẽtia bona ⁊ fide non ficta. Cui
almachius. Ignoras cuius potestatis sim
Et illa. Potestas vestra est quasi vter vẽ
to repletus. quẽ si acus pupugerit om̃is p
tinus rigor pallescit ⁊ quicq̃d in se rigidũ
habere cernitur. incuruat. Cui almachi⁹.
Ab iniurijs cepisti: ⁊ in iniurijs perseue/
ras. Cecilia respondit. Iniuria non dicit
nisi qd̃ verbis fallentibus irrogatur. vn/
de aut iniuriã doce si falsa locuta sũ: aut
teip̃m corripe calumniã inferẽtẽ. Sz nos
scientes sanctũ dei nomẽ. omnino negare
nõ possumus. Melius est em̃ feliciter mo
ri. q̃z infeliciter viuere: Cui almachius.
Ut quid cum tanta superbia loqueris.
Et illa. Non est superbia sed constantia.
Cui almachi⁹ Infelix ignoras q̃ viuificã
di ⁊ mortificãdi mihi ẽ tradita potestas.
Et illa. Cõtra veritatẽ publicã pbo te nũc
esse mentitũ. Vitam em̃ viuentib⁹ tolle/
re potes mortuis autẽ dare nõ potes. Es
igitur minister mortis. nõ vite. Cui alma
chius. Iam depone amentiam ⁊ sacrifica
dijs. Cui cecilia. Nescio vbi oculos amise
ris. Nam quos tu deos dicis omnes nos
saxa esse videmus. Mitte igitur manũ
⁊ tangendo disce qd̃ oculis nõ vales vi/
dere. Tunc iratus almachius iussit eam
ad domũ suam reduci ibiq̃z tota die ⁊ no
cte iussit eam in bullente balneo cõcrema
ri. Que quasi in loco frigido mansit: nec
modicũ saltem sudoris persensit. Qd̃ cũ
audisset almachius iussit eam in ip̃o bal
neo decollari. Quã spiculator tribus icti
bus in collo percussit. sed tamen caput ei⁹
amputare nõ potuit. Et quia decretum
erat ne quartã percussionẽ decollãdus ac/
ciperet eam semiuiuã cruentus carnifex
dereliquit. Per triduũ autẽ superuiuens:
om̃ia que habebat pauperibus tradidit.
⁊ om̃es quos ad fidem conuerterat vrba/
no ep̃o cõmendauit dicens. Triduanas
mihi inducias postulaui vt hos tue bea/
titudini cõmendarẽ ⁊ hanc domũ meã in
ecclesiã consecrares. Sanctus autẽ vrba
nus corpus eius inter ep̃os sepeliuit. ⁊ do
mũ suã in eccl'iaz: vt rogauerat ꝯsecrauit.
Passa est autẽ circa ãnos dñi CCXXIII.
tẽpore alexandri imperatoris. Alibi autẽ
legitur. q̃ passa sit tempore marci aurelij:
qui imperauit circa annos dñi. CCXX.

CLXV A

De sancto Clemente.

Lemẽs dicitur a cle
os quod est gloria ⁊ mẽs q̃/
si gloriosa mẽs. Habuit em̃
gloriosam mentẽ scilicet pur
gatam ab omni sorde ornatam om̃i virtu
te ⁊ decoratam nunc om̃i felicitate. que fe/
licitas consistit in hoc sicut dicit augusti/
nus in libro de trinita. quia ibi esse nostrũ
non habebit mortem nosse nostrũ non ha
bebit errorem: amare nostrum non habe/
bit offensionem. Vel dicitur a clementia
quia clemens ⁊ misericors valde fuit. vel
sicut dicitur in glosario. clemens dicitur
dulcis. iustus. maturus. pius. Iustus in
actione. dulcis in sermone. maturus ĩ cõ/
uersatõe. pius in intentione. Eius vitam
ipse in suo itinerario inseruit maxime vs/
q̃z ad illum locum in quo qualiter beato

petro in pontificatu successit ostenditur. Cetera ex eius gestis que cōmuniter ha/bentur sumuntur. B

Clemens episcopus ex nobili romanorum prosapia ortus est. Pater eius faustinianus. mater vero eius macidiana nūcupata est. Habuitqꝫ duos fratres quorū vn⁹ faustinus alter faustus dicebatur. Cunqꝫ macidiana mater eius mira corporis pulcritudine polleret: frater viri sui libidinoso amore in eam vehementer exarsit. Cum autem eam quotidie molestaret. ⁊ ipsa si/bi nullaten⁹ assentire vellet viroqꝫ suo hoc reuelare timeret ne inter duos fratres inimicias suscitaret. cogitauit per aliquod tempus se a patria absentare donec illici/tus amor conquiesceret quē aspectus sue presentie inflāmaret. Ut autē hoc a viro suo obtinere valeret. somniū callide con/finxit. quod i hunc modū viro suo retulit dicens. Ecce quidā mihi per visum asti/tit. mihi precipiens vt confestim cū duo/bus geminis. s. faustino ⁊ fausto ex vrbe discederē ⁊ tamdiu abessem donec ipe mihi reditū imperaret. Quod si nō facerē simul cum omībus liberis interirē. Quod vir audiens vehementer expauit. ac vxorem cum duobus liberis ⁊ familia multa at/thenas misit vt ⁊ ibi maneret ⁊ filios fa/ceret erudiri. Minorem autē filium scꝫ. clementē cum esset annorū quinqꝫ sibi pater in solatium retinuit. Cum autē mater cum filijs nauigaret. nocte quadā nauis naufragium pertulit. ⁊ mater sine filijs a fluctibus eiecta super quoddā saxum euasit. Que duos natos periisse considerans: pre nimio dolore in maris fundum se precipitasset. nisi quia saltem eorū cadauera se reperturam sperabat. At vero vbi nec viuos nec mortuos se reperire posse cogno/uit. clamores ⁊ vlulat⁹ maximos dabat. manus suas morsib⁹ lacerabat. nec vllā consolationē ab aliquo recipere volebat. Cunqꝫ multe mulieres astarent que sua infortunia eidem narrarent. ⁊ illa ex hoc consolationem nō reciperet. affuit quedā mulier inter ceteras que virum suū ado/lescentem ⁊ nautam in mari periisse asse/ruit. ⁊ ob hoc sui amore postmodū nubere recusauit. Recepta igitur qualicunqꝫ consolatione apud ipsam manebat. ⁊ quoti/dianū victum suis manibus acquirebat Sed nō multum post manus eius quas crebris morsibus lacerauerat sine sensu ⁊ mortue adeo sunt effecte vt cum ipsis nullatenus operari posset. Illa autē que eā susceperat paralisim incurrit. et de lecto surgere nō valebat. Sicqꝫ macidiana mēdicare compellitur. ⁊ ipā cum hospita ex his que inuenire poterat pascebatur. Cō/pleto igitur anno quo macidiana cum li/beris discessit e patria misit athenas nuncios vir eius vt ipsos requirerent. ⁊ quid agerent intimarēt. Sed illi qui missi fue/rant nullatenus redierunt. Deniqꝫ cum alios misisset. ⁊ illi reuertentes se nullum inde vestigium reperisse narrarent. cle/mentem filium suum sub tutoribus dereliquit. ⁊ ipse ad querendum vxorem cum filijs nauem cōscendit. sed minime rediit. Uiginti igitur annis clemens orbatus stetit. nec de patre vel matre vel de fratri/bus aliquod indicium inuenire potuit. Ipse autem clemens studio litterarū se contulit ⁊ summū philosophie apicē ap/prehendit. Desiderabat autem vehemē/ter ⁊ studiose querebat qualiter sibi aīme immortalitas persuaderi posset. Ob hoc philosophorū scolas semper adibat. ⁊ si/quidē ꝙ īmortalis esset obtinebatur. gaudebat si quando vero ꝙ mortalis esset: con/cludebatur. tristis discedebat C Deni/qꝫ cum barnabas romā venisset. ⁊ fidem xpi predicaret. philosophi eum tanqꝫ in/sanū ⁊ amentē deridebant. Unde ⁊ qui/dam qui ſm quosdam fuit clemens phs qui eum primo sicut alij deridebat. ⁊ eius predicationem cōtemnebat. talē questio/nē p derisu barnabe fecit dicēs. Cū culex animal sit exiguū. quid est ꝙ sex pedes habet ⁊ insuper alas possidet. elephas autē cum sit imane animal nec alas possidet. ⁊ tantū quattuor pedes habet. Cui bar/nabas. Stulte tue questioni respondere perfacile possem. si veritatis causa discē/de querere videreris. Sed nūc de creatu/ris vobis dicere aliqd absurdum est cum a vobis creaturarum conditor ignoretur. Quia eū creatorē nō cognoscitis iustum

est vt in creaturis erretis. Hoc verbā cor
di clementis phi valde inhesit. ita ꝙ fidez
xp̄i instructus a barnaba recepit. ⁊ in iu/
deam ad petrum postmodū properauit.
Quē ille de fide xp̄i instruxit: ⁊ aīe im/
mortalitatē euidēter edocuit. Eo tem/
pore symon magus duos discipulos ha/
bebat. scȝ aquilam ⁊ nicetam qui eiꝰ fal/
lacias agnoscentes: eum reliquerunt: et
ad petrū confugerūt ⁊ eius discipuli sunt
effecti. Cum autem petrus clementem de
sua interrogasset progenie ille quid matri
⁊ fratribus et patri acciderit per ordinem
enarrauit. addēs ꝙ credebat. ꝙ mater cū
fratribus in mari perissent. pater vero aut
merore aut similiter naufragio interisset
Qd̄ audiēs petrꝰ lachrymas ꝯtinere nō
potuit. Quadā autē vice petrus cū di/
scipulis suis antaradū ⁊ inde ad insulaȝ
per sex miliaria distantē in qua macidia/
na mater clementis morabatur venit vbi
quedā columne vitree mire magnitudi/
nis erant. Quas cum petrus cum ceteris
mirareť. videns ipsam mendicanteȝ cur
nō potius suis manibꝫ operaretur incre/
pauit. Que respondit. Speciem tantum
dn̄e habeo manuū que meis sic sunt debi
litate morsibus. vt omnino sint insensibi/
les effecte. Atq̄ vtinaȝ me in mare preci/
pitassem vt vltra non viuerē. Cui petrus.
Quid est qd̄ loqueris. Nescis quia aīe
eorum qui se interimunt grauiter puniun
tur. Cui illa. Vtinā hoc mihi certū fieret
ꝙ anime post mortē viuāt. libenter em̄ me
ipsam occiderem. vt saltē vna hora dulces
meos natos videre possem. Cumq̄ petrꝰ
ab ea causam tante tristicie interrogasset
⁊ illa ei ordinem geste rei narrasset. ait pe/
trus. Est quidā adolescens apud nos no
mine clemens. qui hec que refers: matri ⁊
fratribus asserit accidisse. Qd̄ illa audiēs
nimio stupore percussa corruit. Cumq̄ ad
semetipsam redisset. cum lachrymis ait.
Ego sum adolescentis mater. Et ꝓcidēs
ad pedes petri rogare euȝ cepit vt sibi fi/
lium suum festinanter ostendere dignare
tur. Cui petrus Cū adolescentē videris:
paululum dissimula quousq̄ ab insula cū
naui egrediamur. Quod cū illa se factu/
ram promisisset tenens petrus manū eiꝰ
ipsam ad nauem vbi erat clemens duce/
bat. Videns vero clemens petrum manu
mulierem ducentē ridere cepit. Mox au
tem vt mulier iuxta clementē fuit. se con/
tinere nō potuit. sed statim in amplexus
eius ruit. ⁊ crebro osculari cepit. Quā il/
le tanq̄ insanientē mulierē cum indigna/
tione repellebat. ⁊ aduersus petrum indi
gnatione nō modica mouebatur. Cui pe
trus. Quid agis o fili clemens. Noli re/
pellere matrē tuam. Quod cum audisset
clemens. lachrymis infusus super matreȝ
iacentem concidit. et eam recognoscere ce
pit. Tunc ad preceptū petri hospita sua q̄
paralitica iacebat adducitur ⁊ ab eo con/
tinuo liberatur. Tunc mater clementem
de patre interrogauit. Cui ille. Ad te que/
rendum iuit. ⁊ vltra nō rediȷt. At illa au/
diens solummodo suspirauit. grande em̄
pro filio inuento gaudium habens. reliq̄s
consolabatur merores. Interea
cum niceta ⁊ aquila deessent ⁊ redeuntes
mulierem cum petro vidissent. que nam
sit hec mulier percūctantur. Quibus cle/
mens ait. Mater mea est quā mihi deus
redonauit per dn̄m meū petrū. Post hec
petrus omnia eis per ordinem enarrauit
Que cum audissent niceta ⁊ aquila subi/
to surrexerūt ⁊ obstupefacti conturbari ce
perūt dicentes. Dn̄ator dn̄e deus vera ne
sunt hec. an somniū ē qd̄ audimus. Tūc
petrus. Filiȷ nō inquit nos insanimus. sȝ
hec vera sunt. At illi faciem confricantes
aiunt. Nos sumus faustinus ⁊ faustꝰ q̊s
mater nr̄a estimat in mari interisse. Et ac
currentes in cōplexus matris ruunt. ⁊ eā
crebrius osculātur. At illa ait. Quid vult
hoc esse Ad quā petrus. Isti sunt filiȷ tui
faustinus ⁊ faustus. quos in mari perisse
putabas. Hec audiens mater. pre nimio
gaudio velut amēs effecta corruit: ⁊ post
ad se reuersa ait. Obsecro vos dulcissimi
filiȷ narrate mihi quō euasistis. Qui re/
spōderūt. Cū nauis fuisset resoluta et nos
sup quandā tabulā veheremur. quidam
pirate nos inuenientes in suam naviculā
posuerunt. ac mutatis nominibus cuidā
nos honeste vidue iustine nōie vendide/
runt. que tanq̄ filios suos nos habuit. et
liberalibus artibus nos erudiri fecit.

Tandē ꝑhic operam dedimus ⁊ symoni cuidā mago nobiscū educato adhesimus Cūqꝫ eius fallaciā cognouissemus. ipsum omnino deseruimus ⁊ petri discipuli ꝑ zacheū effecti sumus. Sequenti autē die assumptis petrus tribus fratribus. s. clemente. aquila ⁊ niceta ad quēdā secretiorem locū oratiōis grā descēdit. Quos venerādus quidā senex sed tñ pauꝑ alloqui cepit dicēs Misereor vestri fratres qꝛ sb specie pietatis vos grauiter errare cōsidero Neqꝫ eñ deus ē. neqꝫ cultus hic aliqs est. neqꝫ prouidētia in mūdo sed fortuitus casus ⁊ genesis oīa agūt. sicut ⁊ ego ex meipso manifeste cōperi in disciplina mathesis ꝓ ceteris eruditus Nolite ergo errare siue eñ oretis siue nō quod vestra genesis continet vobis erit. Clemens autē in eū respiciens animo pulsabat ⁊ sibi se eū alias vidisse videbatur. Cūqꝫ de mandato petri clemens aquila ⁊ niceta cū eo diuti⁹ disputassent. ⁊ prouidentiā apertis rationibus ostēdissent. eūqꝫ ob reuerētiā crebro patrē vocarēt. dixit aquila. Quid necesse ē vt eum patrē vocemus. cū in mandatis habeamus neminē suꝑ terrā patrē vocare Et post hoc respiciēs ad senē ait. Nō iniuriose accipias pater ꝙ fratrē meū culpaui: qꝛ te patrē vocauit. Habemus eñ tale mandatū ne aliquē isto nōie vocemus Cūqꝫ aquila hec dixisset. risit omniū astantiū cetus vna cū sene ⁊ petro. Et cū ille causā risus inquireret. dixit ad eū clemens. Quia facis id de quo alios culpas senē patrē vocādo. At ille negabat dicēs Vere nescio si eū patrē vocauerim. Verū cum satis de prouidentia disputatū esset: dixit senex. Crederem vtiqꝫ prouidentiā esse sed a propria consciētia ꝓhibeor huic fidei accōmodare consensum. Noui enim meā ⁊ coniugis mee genesim. et scio ea q̄ vnicuiqꝫ nostrū dictabat genesis accidisse Audite igitur cōiugis mee thema ⁊ inuenietis scema cui⁹ exitus accidit. Habuit nanqꝫ martem cū venere suꝑ centrū. lunā ꝟo ī occasu in domo martis ⁊ finibus saturni. qꝺ scema adulteras facit. ⁊ seruos proprios amare ⁊ peregre proficisci. ⁊ in aquis defungi. Quod ⁊ ita factū est. Incidit nanqꝫ in amorē serui ⁊ periculū atqꝫ opprobriū metuēs cum ipso aufugit. et in mari periit Nam sicut frater meus retulit ipsum primo adamauit. Sed cū ipse assentire sibi nollet. in seruū sue libidinis amorē retorsit. Nec tñ ei imputandū est qa eam genesis hoc facere compulit. Narrauitqꝫ quō somniū finxerit. ⁊ quomō cū liberis athenas vadens naufragio perierit. Cunqꝫ filii vellent in eū irruere. ⁊ rem aperire prohibuit petrus dicēs. Quiescite quoadusqꝫ mihi placuerit. Dixitqꝫ ei petrus. Si hodie coniugē tuā castissimā cum tribus filiis tuis cōsignauero credes quia genesis nichil sit. Cui ille. Sicut impossibile est te exhibere qꝺ promisisti. ita ⁊ impossibile est extra genesim aliquid fieri. Dixit ei petrus. Ecce iste est filius tuus clemens. ⁊ hi duo gemini tui faustinus ⁊ faustus. Tunc senex resolutis mēbris cecidit ⁊ quasi exanimis fact⁹ est Filii autē irruentes in eū osculabātur verentes ne spiritū reuocare posset. Tandem ad se rediens omnia vt acciderant ꝑ ordinē audiuit. Tūc subito vxor aduenit. ⁊ cū lachrymis clamare cepit. Vbi est vir meus ⁊ dñs meus. Hec cum illa. q. amēs clamaret. senex cucurrit. ⁊ cum multis lachrymis amplecti: et stringere eam cepit. Dum igitur simul manerēt: aduenit quidam nuncians apionem ⁊ ambionē faustiniani amicissimos cum symone mago hospitari. De quorū aduentu faustinian⁹ valde gauisus ad eos visitandos iuit Et ecce nuncius venit qui diceret ministrum cesar ī antiochiā aduēisse vt magos oēs q̄reret ⁊ morte puniret. Tunc symon magus in odium filiorū qui ipsum reliquerant vultus sui similitudinē in faustinianum impressit vt nō faustinianus sed symon magus ab oībus putaretur. Hoc autē fecit vt a ministris cesaris loco sui teneretur ⁊ occideretur. Ipse aūt symon de partibus illis abscessit. Cum autem faustinianus ad petrum et filios redisset. expauerunt filii vultum symonis. in eum intuentes. vocem autem patris sui audientes. Solus autem petrus erat qui vultū eius naturalem videbat. Cunqꝫ filii eius ⁊ vxor eius eum refugerent: et execrarentur. dicebat eis: Cur execramini ⁊ refu-

gitis patrē vestrū. Qui rñderunt. ꝙ ideo
eum fugerent. quia in eo vultus symonis
magi appareret. Cōfecerat em̄ symon quod/
dam vngentū ⁊ faciem eius perunxerat. ⁊
vultum suum arte magica impresserat in
eum. Ipse igitur lamentabatur ⁊ dicebat
Quid mihi misero accidit: vt vna die re/
cognitus ab vxore ⁊ filijs letari nō potue/
rim cum eis. Vxor vero eius sparsis crini/
bus ⁊ filij plurimū flebāt. F Symō
autē magus. dū adhuc esset antiochie pe
trum plurimū infamauerat. magū male/
ficum ⁊ homicidā eum dicendo. Deniq̄
intantū aduersus petrū populū concita/
uerat vt ipsum inuenire plurimū affecta/
rent. vt carnes eius dentibus laniarent.
Dixit ergo petrus faustiniano. Cum qui/
dem symon magus esse videris. perge an
tiochiam ⁊ coram omni populo me excusa.
ac ea que de me dixit symon ex psona sui
retracta. Post hoc ego antiochiā veniam
⁊ alienum hunc vultū a te effugabo ⁊ pro
prium vultum coram omnibus reddā. Hoc
tamē nullomodo credendū est ꝙ beatus
petrus mentiri mandauerit. cū deus non
indigeat nostro mendatio. Ideo itinera/
rius clementis in quo hec scripta sunt li/
ber apocriphus est. nec vt quibusdā pla/
cet suscipiendus est in talibus. Verūta/
men dici potest ꝙ petrus si diligēter ver/
ba sua consideretur nō sibi dixit vt symo/
nem magum esse se diceret. sed vt populo
effigiem faciei superinductā ostendēs pe/
trum ex persona symonis cōmendaret. et
mala que dixerat reuocaret. Et ille dixit se
esse symonē. nō q̄tum ad veritatē sed q̄/
tum ad apparentiā. Unde quod infra dixit
faustinianus. ego symon. ⁊c. sic debet acci
pi. i. q̄tum ad apparentiā videor esse sy/
mon. Fuit ergo symon supple putatiuus.
Perrexit ergo faustinianus pater clemen
tis antiochiam ⁊ populū conuocās dixit.
Ego symon annūcio vobis ⁊ cōfiteor om
nia fefellisse de petro. Nequaq̄ em̄ ē sedu/
ctor vel magus sed ad salutē mundi mis/
sus. Quapropter si decetero aliquid con/
tra ipsum dixero me tanq̄ seductorem. ⁊
maleficū repellatis. Nunc em̄ penitentiā
ago quia male me dixisse cognosco. Mo/
neo igitur vos vt ipi credatis. ne vos ⁊ ci/
uitas vestra insimul pereatis. Cumq̄ hec
omia que petrus iusserat cōplesset. ⁊ iam
in amorē petri populū incitasset. petrus ad
eum venit. ⁊ oratiōe facta effigiem vultus
symonis ab eo penitus effugauit. Populus
autem antiochenus petrum benigne et cū
multo honore recepit. ⁊ ipm in cathedra
sublimauit. Quod audiens symon illuc
perrexit. ⁊ populū conuocans ait. Miror
ꝙ cū vos salubribus p̄ceptis instruxerim:
⁊ a seductore petro vos cauere monuerim
vos ipsum nō solum audistis sed etiā epi
scopali cathedra sublimastis. Tunc om
nes cū furore aduersus eum dixerūt Mō
stro nobis similis es. Nudiustertius te pe
nituisse dicebas ⁊ nūc te ⁊ nos precipita/
re conaris Et impetum in eum facientes
cum ignominia eum protinus expulerūt.
Hec omia clemens in libro suo de seipso
narrat ⁊ hanc hystoriā ibidem inseruit
G Post hec autē petrus cum romā ve
nisset. ⁊ suam passionē iminere videret. cle
mentem post se epm ordinauit. Mortuo
igitur principe aplorū petro. clemens vir
prouidus p̄cauens in futurum. ne scilicet
per hoc exemplum quilibet vellet sibi i ec
clesia successorē statuere ⁊ hereditate san/
ctuarium dñi possidere lino cessit ⁊ post/
modum cleto. Nōnulli asserunt ꝙ linus
⁊ cletus nō fuerunt summi pontifices. sed
tm̄ petri apostoli coadiutores propter quod
in cathalago pontificū meruerunt annu/
merari. Post hos autem clemens eligitur ⁊
presidere compellitur. Qui ita morū or/
namento pollebat vt iudeis ⁊ gentilibus
⁊ omnibus xpianis populis cōplaceret. Sin
gularum inopes regionum nominatim
scriptos habebat. ⁊ quos baptismi sancti
ficatione mūdauerat. non sinebat publice
fieri mendicitati subiectos. Cum itaq̄ do
micillam virginē neptem domiciani im/
peratoris sacro velamine consecrasset. et
theodoram vxorem sisinnij amici impe/
ratoris ad fidem conuertisset. ⁊ in castita
tis proposito manere promitteret. sisinnius
zelo ductus ecclesiā post vxorem suā occul/
te intrauit. scire volens propter quid illa
sic ecclesiam frequētaret. At vbi a sancto
clemente oratio fusa est. ⁊ a populo respō/
sum est Amen. sisinnius cecus. ⁊ surdus

penitus effectus est. Qui statim pueris
suis dixit. Cito me tollite ⁊ foras educi/
te Pueri autẽ per totam ecclesiã eũ gira/
bãt. sed ⁊ ad ianuas peruenire nõ poterãt
Quos cum vidisset theodora sic errãtes.
primo quidẽ ab eis declinauit. putans ꝙ
vir suus eam cognoscere posset. Postmo/
dum autẽ quid naz hoc esset interrogauit
Qui dixerit. Dñs nr̃ dũ vult videre ⁊ au/
dire q̃ nõ licet. cecus ⁊ surdus factus est.
Tuncꝫ illa in orationẽ se dedit deprecãs:
vt vir suus inde exire posset. Et post ora/
tionẽ dixit pueris. Ite modo ⁊ perducite
dñm vestrum ad domũ. Cumꝫ abissent.
sancto clementi theodora quid acciderit
indicauit. Tunc sanctus rogatu theodo
re ad eum venit. ⁊ ipsum inuenit apertis
oculis nil videntẽ. ⁊ nil penitus audien/
tem. Cumꝫ clemens pro eo orasset. ⁊ ille
auditum ⁊ lumẽ recepisset. vidẽs clemẽtẽ
iuxta vxorem suã stantem amẽs efficitur
⁊ se illusum magicis artibus suspicatur.
Precepitꝫ seruis suis vt tenerẽt clemẽtẽ
dicens. Vt ingrederetur ad vxorẽ meã:
magicis artibus me excecauit. Precepitꝫ
ministris vt clementẽ ligarẽt: ⁊ ligatum
traherẽt. At illi ligantes columnas iacẽ/
tes ⁊ saxa: putabant sicut etiam sisinnio
videbatur ꝙ sanctũ clemẽtẽ cum suis cle/
ricis traherent ⁊ ligarẽt. Tunc clemẽs si/
sinnio ait. Quia saxa deos dicis. saxa tra
here meruisti. Ille autẽ vere eum ligatuz
existimans ait. Ego te interfici faciã. Cle
mens autẽ inde abscedẽs theodoram ro/
gauit ne ab oratione cessaret donec virum
suum dñs visitaret. Oranti igitur theo/
dore petrus apostolus apparuit dicens.
Per te vir tuus saluabitur. vt impleatur
quod dixit frater meus paulus. Saluabi
tur vir infidelis per mulierẽ fidelem. Et
hec dicẽs abscessit. Statimꝫ sisinni⁹ vxorẽ
suã ad se vocauit obsecrãs vt pro se oraret
⁊ sanctũ clementẽ ad se vocaret. Qui cuz
venisset ipm in fide instruxit. ⁊ eum cum
CCCXIII. de domo sua baptizauit. Per
hunc autẽ sisinniũ multi nobiles et amici
nerue imperatoris dño crediderũt Tunc
comes sacrorũ pecuniam multis dedit et
cõtra sanctũ clemẽtẽ seditionẽ maximam
excitauit. H Tunc mamertinus vr

bis prefectus ppl'i seditionẽ maximã non
ferẽs ad se clementẽ adduci fecit. Quem
cũ redargueret. ⁊ ad se inclinare attẽpta/
ret. ille ait. Optarẽ te ad rationẽ accedere
Nam si canes multi contra nos latraue/
rint. ⁊ morsibus attrectauerint. nũꝙꝫ hoc
nobis auferre possunt ꝙ nos sumus ratio
nabiles hoĩes ⁊ ipsi sunt irrationabiles ca
nes. Seditio autẽ ab impitis exorta ostẽ
dit se nihil habere certũ vel verum. Tũc
mamertinus de eo traiano impatori scri/
bens respõsum accepit ꝙ aut sacrificaret.
aut transpontũ mare in heremo quod ad
chiepiscopus audiēs ad eam consolandā
accessit. Illa autē dicebat. Ecce ego con/
tristata morior. Cui archieps. Nescis q̄r
mulier es. ⁊ inimicus sanctos per mulie/
res impugnat. ⁊ propterea senex hoc dixit
Nam pro anima tua semper orat. Et sic
consolatione recepta: cum gaudio ad pro/
pria remeauit. De quodā alio patre le/
gitur ꝙ cum discipulus eius sibi diceret.
senuisti abba. accedamus parū iuxta mū
dū. Ille ait. Ubi nō est mulier ibi eamus
Dixit ei discipulus. Et vbi est locus nō ha
bens mulierem nisi forte solitudo. Et ille.
Ergo in solitudinē me tolle. Alius etiā
frater cū matrē suam vetulā trans fluuiū
portare deberet. ille manus suas pallio in
uoluit. Cui illa. Ut quid sic opuisti ma/
nus tuas fili. Et ille corp⁹ mulieris ignis
est. ⁊ ex eo ꝙ te contingebā aliarū femina/
rum memoria in meo animo veniebat
B Arsenius autē per totū tempus vi/
te sue ad opus sedens manuū suarū. pan
num habebat in sinu propter lachrymas
que crebro de oculis eius currebant. To/
tam noctē insomnē ducebat. Mane au/
tem facto cum propter nature lassitudinē
dormire vellet dicebat somno Ueni fue
male. Et surripiebat parū somni sedendo
⁊ statim surgebat. Dicebat quoqꝫ. Suf/
ficit monacho si dormierit vna hora. si est
tamen pugnator Cuncꝫ pater sancti ar
senij nobilissimus senator vitā finiens et
testamentū faciens. magnam hereditatē
arsenio dimisisset. magistrianus predictū
testamentū ad ipsum detulit. Quod ille
accipiēs voluit illō scidere. Magistrian⁹
aūt eius pedibus prouolutus rogauit ne
hoc faceret. quia caput eius precideretur
Cui arsenius. Prius mortuus sum q̄ ille
Ipse igitur cū modo mortuus sit. quō me
fecit heredē. Et remisit testamentū nichil
accipere volens. Quadam vice facta ē
vox ad eum dicens. Ueni ⁊ ostendā tibi
opera hominū Et eduxit eum in quendā
locum. ostenditqꝫ ei ethiopem incidentē
ligna ⁊ facientem sarcinā grandem: quā
portare nō poterat. Deinde iterum ligna
incidebat. ⁊ ad sarcinam addebat: ⁊ hoc
faciebat diutius. Ostenditqꝫ ei rursum
hominem haurientē aquam de lacu ⁊ ef/
fundentem aquā in cisternam pertusam.
que aquā refundebat in lacum ⁊ ipsam ci
sternam implere volentem. Et ostendit ei
iterum templum: ⁊ duos viros sedentes
in equis portantes lignum transuersum.
Uolentes autē introire in templum non
poterant. eo ꝙ lignum in transuerso porta
rent. Et exposuit dicens Hi sunt qui por
tant quasi iugum iusticie cum superbia. ⁊
non humiliantur. propter quod remanēt
foris a regno dei. Qui ligna icidit. homo
est in peccatis multis ⁊ pro eo vt agat pe/
nitentiā nō subtrahit de peccatis. sed ad/
dit iniquitates iniquitatibus. Qui autē
aquam haurit homo est bona opera faci/
ens. Sed quia cum eis sunt permixta ma
la perdit bona opera sua. Uespere sa/
bati veniente die dn̄ico relinquebat post se
solem ⁊ extendebat manus suas ad celū
donec mane die dn̄ico sol ascendens faciē
eius illustrabat. ⁊ sic residebat. Hec in vi/
tas patrum.

CLXXIIII A

De sancto Agathon abbate.

Agathon abbas per
trienniū lapidem in os suū
mittebat. donec taciturnita/
tem disceret Alius quoqꝫ
frater cum intrasset cōgregationē. dixit in
tra se. Tu et asinus vnū esto. Sicut ergo
asinus vapulat. ⁊ nō loquitur iniuriā pa
titur ⁊ nō respōdet. sic ⁊ tu. Alius quo/
qꝫ frater a mēsa expulsus nihil respondit.
Postmodū sup h̄ interrogat⁹ ait. Posui i
corde meo ꝙ equalis sim cani. q̄ cū secta/
tur foras egreditur Interrogatus aga/
thon que virtus plus haberet laboris re/
spondit. Puto nō esse talem laborē qualē
orare deū. Nā inimici ei⁹ semp laborāt ei⁹
orationē interrūpere. Nā in ceteris labo/
ribus hō aliquā requiē possidet. orator au
tem opus habet magni certaminis. In
terrogatus agathon a quodā fratre quo
modo cū fratribus habitare deberet ait.

Sicut in prima dic. et nō assumas fiduciam Non est eñ peior passio q̄ fiducia. genitrix est eñ omniū passionū. Dixit iterum Iracundus si mortuos suscitet non placet alicui vel deo propter iracundiam suam. Frater quidam iracūdus intra se ait Si solus habitarē ad irā nō ita cito mouerer. Quadam autē vice dum vrceolum aqua impleret. versatus est. Scdo impleuit et iterū versatus est. Tertio impleuit et versatus est. Qui cōmotus furore fregit vasculum In se autem reuersus cognouit. quia ab eodē demone iracūdie sit illusus et dixit. Ecce solus sum et tamē ira me vicit. Reuertar ergo in congregationē. quia vbiq̄ labor et vbiq̄ patientia et adiutorio dei opus est Econtra erāt duo fratres qui multis annis inuicē conuersantes nunq̄ ad iracundiā poterāt prouocari. Quadā vice dixit vnus alteri. Faciamus et nos litem sicut homīes de mūdo faciunt. Et ille rñdit. Nescio qualiter fiat lis. Et dixit frater. Pono in medio laterculum et dico meū est. Tu autē dic nō. sed meū est. et inde fiet litis initiū. Posita est ergo testa in medio Dixit vnus meuz est hoc. et alter dixit nō. sed meū est. Et ille rñdit. Etiā tuum est. Tolle ergo et vade. Et discesserunt nec inter se contēdere potuerunt. Erat autē abbas agathon sapiens ad intelligendū: impiger ad laborandum. parcus in cibo atq̄ vestimento. Dixit autē. Scdm voluntatē meā nunq̄ dormiui retinens in corde aduersus quē q̄ dolorē Nec dimisi dormire aliū habētē aduersum me aliquid Moritur⁹ q̄q̄ agathon tribus dieb⁹ mansit immobilis: apertos tenens oculos. Qui cum pulsaretur a fratribus respondit. In conspectu diuini iudicij assisto. Dicunt ei. Et tu times. Et ille. In custodiendis mandatis dei virtute qua potui laboraui. sed homo sum et nescio vtrum placuerūt opera mea dño. Dicunt ei. Et nō confidis de operibus tuis q̄ fm deū sunt. Et ille Non presumo donec venero ante illum Aliter eñ sunt iudicia dei et aliter iudicia hominuz. Cum autē eum adhuc interrogare vellēt ait. Ostendite charitatem. et nolite mecū loqui. quia occupatus sum. Quo dicto statim spiritum cum gaudio emisit. Videbant eñ eum colligentem spiritum quē admodū si quis salutet amicos suos dilectos. Hec in vitaspatrum.

CLXXV A

De sancto Barlaam.

Barlaam cuius hystoriam iohannes damascenus diligenti studio compilauit. operante in eo diuina gratia sanctum iosaphat regem ad fidez conuertit. Etenim cū vniuersa india xpianis et monachis plena esset. surrexit rex q̄dam prepotens nōie auennir qui xpianos et precipue monachos plurimū persequebatur. Accidit autē vt quidā regis amicus et in palatio suo primus diuina commonitus gratia regiam aulam relinqueret. et monasticum ordinē introiret. Qd rex audiens pre ira insaniens. eum perq̄q̄ deserta inquiri fecit. et vix inuentum ad se adduci mandauit. Vidensq̄ eum vili tunica coopertum et fame maceratum qui splēdidis vestimentis ornabatur. et multis diuitijs affluere consueuerat dixit ei. O stulte: ac mentis perdite: cur honorez in contumeliā cōmutasti. et te ludum puerorū fecisti. Cui ille. Si huius a me ratōnem audire desideras inimicos tuos procul a te abijcias. Rege autē qui essent huiusmodi inimici querēte ait. Ira et concupiscentia hec eñ impediunt ne veritas videatur. Assideant autē ad audientiā dicēdorum prudentia et equitas. Cui rex. Fiat vt loqueris. Et ille Insipientes ea que sunt despiciunt quasi nō sint. ea p̄o q̄ non sunt: quasi sint apprehendere moliuntur. Qui autē nō gustauerit eoꝝ que sunt dulcedinē. nō poterit eorū que nō sunt addiscere veritatē. Multa autē illo de mysterio incarnationis et fidei prosequente rex ait. Nisi tibi in principio promisissem q̄ de medio consilij iram remouerē. nūc vtiq̄ igni tuas carnes traderez. Surge igitur et fuge ex oculis meis ne vltra te videam et male te perdam. Vir autē dei tristis abscessit eo q̄ martyriū perpessus nō esset.

Interea dum rex liberos non haberet. puer ei pulcerrimus nascitur: et iosaphat

appellatur. Congregante autē rege infini
tam multitudinem vt dijs pro ortu pueri
imolarent. quinquagintaq̄ꝫ astrologos
conuocauit. a quibus quod futurū esset fi
lio suo diligenter quesiuit. Cunctis autē
respondentibus eum magnū in potentia
⁊ diuitijs futurū. vnus sapientior ex ipis
dixit. Puer iste qui natus est tibi o rex nō
in tuo erit regno sed in alio incomperabi/
liter meliori. Nam illius quā persequे/
ris xp̄iane religionis vt estimo futurus ē
cultor. Hoc autem non a semetipso sed a
deo inspirante dixit. Audiens hoc rex: et
plurimū expauescens. in ciuitate scorsum
palatium speciosissimū construi fecit. ⁊ ibi
puerum ad habitandum posuit. ibiq̄ꝫ se/
cum iuuenes pulcerrimos collocauit. pre
cipiens illis vt nec mortem: nec senectu/
tem: nec infirmitatē vel paupertatem. nec
aliquod quod posset sibi afferre tristitiam
ei nominarent. sed omnia iocunda ei pro
ponerent. quatenus mens eius leticijs oc
cupata nil de futuris cogitare posset. Si
quē ꝟo ministrantiū infirmari continge/
ret. hunc protinus rex precipiebat. eijci. et
alium loco eius incolumē subrogari. Pre
cepitq̄ꝫ ne sibi de xp̄o aliquam facerēt mē
tionem. B Eodem tempore erat cū
rege vir quidam christianissimus sed oc/
cultus. qui inter nobiles regis principes
primus erat. Hic cum aliquando cū re/
ge ad venandū iuisset. hominē quendam
pedem lesum a bestia habentem ⁊ in ter/
ra iacentez inuenit. a quo rogatur vt se su
scipere debeat quia sibi in aliquo forsitan
prodesse posset. Cui miles dixit. Ego qui/
dem te libenter suscipio: sed in quo vtilis
inueniaris ignoro. Et ille dixit Ego sum
homo medicus verborum. Si enim ali/
quis in verbis ledatur. congruam scio ad
hibere medelam. Miles autem quod il
le dicebat pro nihilo computauit. propter
deum tamen ipsum suscipiens eius curā
egit. Viri autem quidam inuidi ⁊ mali/
ciosi videntes predictum principē in tan
ta gratia esse regis. ipsum apud regem ac
cusauerunt. ꝙ nō solum ad christianorū fi
dem declinasset. sed insuper regnum cona
batur sibi surripere turbam solicitans et
sibi concilians. Sed si hec inquiūt ita esse
o rex scire desideras ipsum secreto aduo/
ca ⁊ vitam hanc cito finiendam cōmemo
ra ⁊ idcirco gloriam regni te velle derelin
quere et monachorum habitum assume/
re asseras. quos tamen ignoranter. hacte/
nus fueras persecutus Et tunc videbis:
quid tibi responderit. Que cum rex om/
nia vt illi suaserant fecisset. ille doli igna/
rus perfusus lachrymis propositū regis
laudauit. et vanitatem mundi rememo/
rans quātotius hoc adimplendū consulu
it. Quod rex audiēs ⁊ verum esse quod il
li dixerant credens. furore repletus est nihil
tamen sibi respondit. Vir autem perpen
dens ꝙ rex grauiter verba sua acceperat.
tremens abscessit. et medicum se habere
verborum recolēs oīa sibi narrauit. Cui ille.
Notum sit tibi ꝙ rex suspicatur vt propē
hoc dixeris ꝙ eius regnum velis inuade/
re. Surge igitur cito ⁊ comam tuam ton
de et vestimenta abijciēs cilicium indue.
et summo diluculo ad regem ingredere.
Cumq̄ꝫ rex quid sibi hoc velit interroga/
uerit. respondebis Ecce rex paratus sum
sequi te. Nam ⁊ si via per quaz cupis ire
difficilis sit. tecum tamen existenti facilis
mihi erit. Sicut enim socium me habui/
sti in prosperis. sic habebis pariter in ad/
uersis. Nunc igitur presto sum. quid mo/
raris Quod cum ille per ordinem fecisset
rex obstupuit ⁊ falsarios arguens virum
ampliori honore dotauit. Filius autez
eius in palatio educatus ad etatem adul
tam peruenit ⁊ in omni sapientia plene e/
doctus fuit. Admirans autem cur pater
sic eum reclusisset. vnum de seruis sibi fa
miliariorē secreto de hac re interrogauit.
dicens se in multa mesticia positū: pro eo
ꝙ sibi foras egredi nō liceret. adeo vt nec
cibus sibi saperet nec potus. Quod pa/
ter audiens ⁊ dolens equos idoneos pa/
rari fecit. et choros plaudentes ante eum
mittens. ne quid sibi fedum occurreret di
ligenter prohibuit. Predicto igitur iu/
uene taliter procedente. quadam vice vnus
leprosus ⁊ vnus cecus sibi obuiauerunt.
Quos ille videns et stupēs qui sint ⁊ qd
nam habeant inquisiuit. Et ministri dixe
runt. Passiones iste sunt que hominibus
contingere solent. Et ille. Omnibus ho/

minibus contingere possunt huiusmodi. Negantibus illis respõdit. Noti sunt igitur qui hec pati debeant: an sic indefinite proueniunt. Et illi. Et quis hominũ futura scire valet. Valde igitur anxius esse cepit pro inconsuetudine rei. Alia autẽ vice quendam valde senem rugosam habentem faciem et dorsum incuruatum. et cadentibus dentibus balbuciendo loquẽtem inuenit. Stupefactus igitur discere cupit visionis miraculum. Cumqꝫ didicisset: ꝙ propter annorum multitudinem ad talem statum venisset ait. Et quis est huius finis. Dicunt ei Mors. Et ille. Est ne mors omniũ vel aliquorũ. Cumqꝫ didicisset omes mori debere interrogauit. In quot annis hec superueniunt. Et illi. In octoginta vel centum annis senectus inducitur. deinde mors ipsa subsequit. Hec igitur iuuenis frequenter in corde suo recogitans in multa desolatione erat. sed coram patre leticiam protendebat. plurimũ desiderans in huiusmodi dirigi et doceri. ¶ Igitur quidam monachus vita ⁊ opinione perfectus. habitans in deserto terre senn aar nomine barlaam hic que circa filium regis agebantur per spiritum cognouit. ⁊ mercatoris habitũ sumẽs: ad ciuitatẽ illam deuenit. Accedensqꝫ ad pedagogo filij regis locutus est dicẽs. Ego cum negociator sim lapidem preciosum venalem habeo qui cecis lumen tribuit. surdis aures aperit. mutos loqui facit. insipientibus sapientiã infundit. Nunc igitur duc me ad filium regis: et hunc sibi tradam. Cui ille. Videris homo mature prudentie. sed verba tua prudentie nõ concordãt Verũtamen cum lapidum notitiam habeam ipsum lapidem mihi ostende. ⁊ si talis vt asseris fuerit comprobatus a filio regis honores maximos consequeris Ad quem ille. Lapis meus insuper hanc habet virtutem. Quia qui nõ habet sanam oculorum aciem. ⁊ qui non seruat integrã castitatem. si forte illum aspexerit. ipsam virtutem quam habet visibilem perdit. Ego autem medicinalis artis nõ expers video te sanos oculos nõ habere. Filium autem regis audiui pudicum esse. et oculos pulcerrimos et sanos habere. Cui ille

Si sic est noli mihi ostendere: quia ⁊ oculos sanos nõ habeo ⁊ in peccatis sordesco Nunciãs igitur hec filio regis ipsum ad eum ꝗ̃ocius introduxit Cum ergo introductus fuisset. et rex eum reuerenter suscepisset. ait barlaã. In hoc rex bene fecisti: quia de foris paruitati apparenti non attendisti. Nam rex quidã magnus in curru deaurato procedens cũ quibusdam attritas vestes indutis et macie attenuatis obuiasset. continuo de curru exiliens: ad pedes eorum procidens ipsos adorauit. ⁊ surgens in oscula eorum ruit. Proceres autem eius indigne hoc ferentes. sed regem super hoc arguere formidantes. fratri eius retulerunt. quomodo rex magnificentie regali indigna fecisset Frater aũt regem super hoc redarguit. Erat aũt regi consuetudo. ꝙ quando aliquis morti tradendus erat. rex ante eius ianuã preconem cum tuba ad hoc deputata mittebat. Vespere igitur veniente ante fratris ianuam tubam sonari fecit. Quod ille audiens et de sua saluatione desperans. totam noctem insomnẽ duxit. et testamentum fecit. Mane autẽ facto indutus nigris vestibus cum vxore et filijs ad fores palatij lugens accessit. Quem rex ad se ingredi faciens dixit. O stulte si preconem fratris tui cui nihil te deliquisse cognoscis adeo timuisti. quomodo precones dñi mei in quẽ adeo peccaui timere nõ debeã: ꝗ sonabilius mihi tuba mortem significant. ⁊ terribilem iudicis aduentũ mihi denunciant. Deinde quattuor capsas fieri iussit et duas earũ extrinsecus auro vndiqꝫ operiri. et ossibus mortuorꝫ putridis impleri duas ꝓ pice liniri. ⁊ gemmis et margaritis preciosis impleri fecit. Vocansqꝫ illos magnates quos sciebat querimoniã apud fratrẽ deposuisse. quattuor illas scapsas añ eos posuit. ⁊ ꝗ̃ preciosiores essent inquisiuit. Illi ꝓ duas deauratas magni esse precij reliqꝫ ꝓ vilis precij esse iudicauerũt. Precepit igit rex deauratas aperiri ⁊ cõtinuo inde fetor intolerabilis emanauit. Qui bꝫ rex. Hec illis similes sunt qui gloriosis vestibꝫ sunt amicti. intus ꝓ imũdicia viciorꝫ pleni. Deinde alias aperiri fecit. Et ecce odor mirabilis inde exalauit.

Quib⁹ rex. Iste illis pauperrimis quos
honoraui similes sunt. q̇ ⁊ si vilibus vesti
mentis operiantur. intus tamē oīmi virtu
tum odore resplendent. Vos autē solum
que de foris sunt attenditis. ⁊ que deint⁹
sunt nō consideratis. Scd̄m igitur illum
regem tu quoqꝫ fecisti bene suscipiēs me.
Incipiens igitur barlaā. cepit ei de mun/
di creatione ⁊ hominis preuaricatione ac
filij dei incarnatione: passione ⁊ resurre/
ctione. longum sermonē retexere. necnon
ð dei iudicij ⁊ retributōe bonorū ⁊ maloꝝ
multa preferre. ⁊ seruientes idolis pluri/
mū exprobrare. ac de eorum fatuitate tale
exemplū ponere dicens. D Sagitta
rius quidā auiculam paruam nōie phi/
lomenam capiens. cū vellet eam occidere
vox data est philomene ⁊ ait. Quid tibi
proderit o homo si me occideris. Neqꝫ em̄
ventrem tuū de me implere valebis. Sꝫ
si me dimittere velles tria tibi mandata
darem. que si diligentius cōseruares ma/
gnam inde vtilitatē consequi posses. Ille
ꝟo ad eius loquelā stupefactus. promisit
ꝙ eam dimitteret. si hec sibi mandata p/
ferret. Et illa. Nunqꝫ rem que apprehen/
di nō potest: apprehendere studeas. De
re perdita irrecuperabili nunqꝫ doleas.
Verbum incredibile nunqꝫ credas. Hec
tria custodi ⁊ bene tibi erit. Ille autem vt
promiserat eam dimisit. Philomena igit̃
per aera volitans dixit ei. Ve tibi homo.
qꝫ malum consiliū habuisti. ⁊ qꝫ magnuꝫ
thesaurum hodie perdidisti. Est enim in
meis visceribus margaritha que strutio
nis ouū sua vincit magnitudine. Qd̄ ille
audiens valde contristatus est ꝙ eam di/
misertt. et eam apprehendere conabatur
dicens. Veni in domū meā. ⁊ omnē tibi
humanitatē exhibebo: ⁊ honorifice te di/
mittā. Cui philomena. Nūc pro certo co/
gnoui te fatuuꝫ esse. Nam ex his que tibi
dixi nulluꝫ profectū habuisti. quia ⁊ de me
perdita sed irrecupabili doles. ⁊ me tēpta
sti capere cū nequeas meo itinere pergere
⁊ insuper margaritham tam grandem in
meis visceribus credidisti esse. cū ego to/
ta ad magnitudinē oui strutionis nō va/
leam pertingere. Sic ergo stulti sunt illi
qui confidunt in idolis. quia plasmatos
a se adorant. ⁊ custoditos a se: custodes
suos appellant. Cepitqꝫ contra fallacē
mūdi delectatōnē ⁊ vanitatē multa dispu/
tare ⁊ plura ad hoc exempla adducere di
cens. Qui corporales delectationes desi/
derant. ⁊ animas suas fame mori permit
tunt similes sunt cuidā homini qui dum
a facie vnicornis ne ab eo deuoraret̃ velo/
tius fugeret in quoddam baratrū magnū
cecidit. Dum autē caderet manibus ar/
bustulam quandā apprehendit. ⁊ in base
quadam lubrica: ⁊ instabili pedes fixit.
Respiciens ꝟo vidit duos mures vnum
album et aliū nigrum incessanter radicē
arbustule quā apprehenderat corrodētes:
⁊ iā ꝓpe erant vt ipsam abscideret. In fū/
do autē baratri vidit draconē horribilem
spirantem ignē ⁊ aperto ore ipm̄ deuora
re cupientē. Super basem ꝟo vbi pedes
tenebat. vidit quattuor aspidum capita
inde prodeuntia. Eleuans autē oculos:
vidit exiguū mellis de ramis illius arbu
stule stillās. Oblitusqꝫ periculi in quo vn
diqꝫ positus erat. seipm̄ dulcedini illius
modici mellis totum dedit. Vnicornis
autem mortis tenet figuram que hominē
semper persequitur. ⁊ apprehendere cupit
Baratrum ꝟo mūdus est oīmbus malis
plenus. Arbustula ꝟo vniuscuiusqꝫ vita
est. que per horas diei ⁊ noctis: quasi per
murē album ⁊ nigrum incessanter consu/
mitur. ⁊ incisioni appropīquat. Basis ꝟo
quattuor aspidū corpus ex quattuor ele/
mentis cōpositū quibus inordinatis cor/
poris compago dissoluitur. Draco terri/
bilis os inferni cunctos deuorare cupiēs
Dulcedo ramu sculi delectatio fallax mū
di per quā homo seducitur vt periculum
suum minime intueatur. E Addi/
dit quoqꝫ dicens. Similes sunt iteꝝ mū/
di amatores homini qui tres amicos ha/
buit quorum vnum plus qꝫ se: scd̄m tan/
tum qꝫtum se. tertium minus qꝫ se ⁊ qua/
si nihil dilexit. In magno itaqꝫ periculo
positus. ⁊ a rege citatus cucurrit ad ṗmū
amicū eius auxilium querens. ⁊ qualiter
eum dilexerit semper cōmemorans. Cui
ille Nescio quis sis o homo. habeo alios
amicos cū quibus me hodie letari oportꝫ
quos ⁊ amicos āmodo possidebo. prebeo

tamē tibi duo cilíciola vt habeas quibus
valeas operiri. Confusus igit̃ ad scđm ve
nit ⁊ similiter eius auxiliũ postulauit Cui
ille. Nõ vacat mihi tecũ subire agonē. cu/
ris etem̃ multis circundor: modicũ tamē
vsq̃ ad hostiuꝫ palatij te sociabo ⁊ statim
domũ reuertar proprijs vacans negocijs.
Tristis igitur ⁊ desperans ad tertiũ ami
cum perrexit. sibiq̃ facie demissa dixit. nõ
habeo os loquendi ad te: quoniã vt debui
non amaui te. Sed in tribulatiõe circun/
datus ⁊ ab amicis destitutus: rogo vt mi
hi auxiliũ feras ⁊ mihi veniam prebeas.
Et ille hilari vultu dixit. Certe amicũ ca/
rissimũ fateor te esse. ⁊ tui licet modici be/
neficij non immemor. precedam te ⁊ apud
regem interueniam pro te: ne in manibus
tradet te inimicoruꝫ. Primus igitur ami/
cus est diuitiarũ possessio. pro quibus ho/
mo multis periculis subiacet. Veniente
vero mortis termino: nihil ex omnibus ni
si viles accipit ad sepeliendũ panniculos.
Secundus amicus est vxor filij ⁊ paren/
tes q̃ tantũ vsq̃ ad monumentũ secũ per/
gentes protinus reuertunt̃ suis vacantes
curis. Tertius amicus est fides spes ⁊ ca
ritas ⁊ elemosyna ⁊ cetera bona opera q̃
nos cũ eximus de corpore pñt precedere. ⁊
pro nobis apud deũ interuenire ⁊ ab ini/
micis demonibꝫ nos liberare. Hoc in/
super addidit dicens. In quadã magna
ciuitate ꝯsuetudo fuit q̃ hominē extraneũ
⁊ ignotũ om̃i anno in principē eligebant.
Cui om̃i potestate accepta quicquid vole
bat facere licitũ erat ⁊ sine om̃i ꝯstitutiõe
terrã regebat. Illo igit̃ in om̃ibꝫ delicijs p
manēte. ⁊ semper sibi sic esse estimante. re/
pente ciues in eũ insurgebãt. ⁊ per totã ci/
uitatē nudũ trahentes in remotã insulaꝫ
exulē transmittebant. vbi nec cibũ nec ve/
stimentum inueniens fame ⁊ frigore vr/
gebatur Tandē quidã alius sublimatus
in regno. cum illorũ ciuiũ ꝯsuetudinē di/
dicisset. infinitos thesauros ad insulã illã
pmisit. vbi post annũ i exiliũ relegatus. ce
teris fame deficientibꝫ ille imensis delicijs
abundabat. Ciuitas hec mundus iste est.
Ciues tenebrarũ principes. qui nos falsa
mũdi delectatiõe alliciũt. nobisq̃ nõ spe/
rantibꝫ mors superuenit. ⁊ in locũ tenebraꝝ
demergimur. Diuitiaꝝ vero ad eternũ lo
cum premissio fit manibꝫ egenorum. F

Igit̃ cum barlaã perfecte filiũ regis do
cuisset ⁊ ipse eum iam relicto prẽ sequi vel/
let. dixit barlaã. Si hoc feceris. cuidã iu/
ueni similis eris. q̃ cum quandã nobilem
nollet desponsare vxorē. ipse renuens aufu
git ⁊ in quendã locũ deueniens virginem
quandã cuiusdã senis pauperis filiã labo
rantē ⁊ ore deũ laudantē vidit. Ad quaꝫ
ille. Quid est quod agis mulier Cum em̃
ita pauper sis. gratias tamē agis deo ac
si magna recepisses ab eo. Ad quem illa.
Sic pua medicina sepe a magno languo/
re liberat sic gratia pacto i puis donis ma
gnoꝝ efficit̃ auctrix donorum Hec tñ que
extrinsecus sunt nostra nõ sunt sed ea que
in nobis sunt ⁊ nostra sunt Adeo magna
accepi. qꝛ me ad suã imaginē fecit: intelle/
ctum mihi dedit: ad suã me gloriã vocauit
⁊ ianuã regni sui iam michi aperuit. Pro
tantis g̊ ⁊ tam magnis donis ipm lauda
re ꝯuenit. Videns iuuenis eius pruden/
tiã. eam a prẽ suo in vxorē petijt. Cui ille.
Filiã meã acciperen̄ vales. qꝛ diuitũ ⁊ no
biliũ filius es. ego aũt pauper sum. Sed
cum ille om̃ino instaret. ait senex Nõ pos/
sum eam tibi dare. vt in domũ patris tui
ducas eam cũ vnica mihi sit Et ille. Apđ
vos manebo ⁊ vobis me in om̃ibꝫ ꝯforma
bo. Deponēs igit̃ preciosum ornamentũ.
habitũ senis induit. ⁊ apud eum manēs
ipam in vxorē accepit. Postq̃ vero senex
diutius eum probauit in thalamũ eũ du/
xit ⁊ imensum pondus diuitiarum quan/
tũ nunq̃ viderat sibi ostendit. ⁊ om̃ia sibi
dedit. Dixit aũt iosaphat. Conuenienter
ista me tangit narratio. ⁊ a te hoc dictum
esse de me existimo. Sꝫ dic mi pater quot
annoꝝ es. ⁊ vbi ꝯuersarꝫ. qꝛ a te nunq̃ vo
lo separari. Et ille. Annoꝝ sum quadragi
taquinq̃ in desertis terre sennaar degens
Ad quē iosaphat. Amplius pater michi
a ꝑpares septuaginta annorũ. Et ille. Si
a natiuitate mea om̃es annos meos que/
ris discere: bene eos existimasti. Sed nul/
lo modo a me in mensura vite ꝯputantur.
quotquot in vanitate mundi expensi sunt
Tunc em̃ in interiore hoĩe mortuus eraꝫ.
⁊ annos mortis nunq̃ vite noĩabo. Cum

igit iosaphat eum in desertū sequi vellet.
dixit barlaā. Si hoc feceris ⁊ tuo ꝯsortio
carebo. ⁊ persecutiōis fratrib9 meis autor
existam. Sed cum oportunū tempus vide
ris ad me venies. Barlaā igit filiū regis
baptizans ⁊ in fide optime instruens eum
osculatus est ⁊ ad locum suū reuersus est.
G Postq̄ aūt rex filiū xpianū factū au/
diuit in dolore nimio positus est. Quē qui
dam amicus suus noīe arachis cōsolans
ait. Cognosco rex senē quendā heremitā ꝗ
de nostra secta est. ꝗ per oīa barlaā simi/
lis ē. Hic igit barlaā se simulās primo xpi
anorū fidē defendet. deinde se supari per/
mittet. ⁊ oīa q̄ docuerat reuocabit. ⁊ sic
filius regis ad nos redibit. Assumpto igit
predicto principe magno exercitu ad que/
rendū barlaā iuit. ⁊ heremitā illū capiens
se barlaā cepisse dixit. Quem filius regis
audiens captū scꝫ magistrum suū amare
fleuit. Sed postmodū per dei reuelationē
hunc nō esse cognouit. Ingressus igit pa
ter ad filiū ait. Fili mi in tristicia magna
me posuisti ⁊ meā caniciē inhonorasti. ⁊ lu
men oculorum meorum abstulisti. Quare
fili hoc fecisti. ⁊ deorum meorum cultum
reliquisti. Cui ille. Tenebras pater fugi:
⁊ ad lumē cucurri. errorē deserui. ⁊ verita/
tem agnoui. Noli aūt frustra laborare qm̄
a xpo me nūq̄ poteris reuocare. Sic em̄ ti
bi impossibile ē altitudinē celi manu tan/
gere. aut maximū siccare pelagus. sic ⁊ il/
lud esse cognosce. Tunc rex ait. Et q̄s ho/
rum mihi autor est malorū. nisi ego ꝗ tam
magnifica tibi feci que nunq̄ aliquis pa/
trum fecit filio. Quapropter prauitas vo/
luntatis tue. ⁊ ꝯtentio effrenata aduersus
caput meum te insanire fecit. Merito a/
strologi in natiuitate tua dixerunt te sarro/
gantē ⁊ parentib9 inobedientē futurum.
Nunc vero si mihi nō acquieueris a mea
discedes filiatiōe. ⁊ pro patre inimicus ef
fectus illa tibi faciā que nec hostibus ad/
huc feci. Cui iosaphat. Cur rex tristaris.
q̄r honorū particeps effectus sum. Quis
vnq̄ pater i filij sui prosperitate tristis ap
paruit. Non ergo iam patrem vocabo te.
Sed si mihi aduersaberis sicut a serpen/
te fugiā a te. Rex igit abeo cum ira disce/
dens arachi amico notā fecit filij duriciā.

Qui sibi ꝯsuluit vt nō asperis verbis cū
eo vteret. q̄r blandis ⁊ lenib9 puer melius
traheret. Sequenti igit die rex ad filiū ve
nit. ⁊ circūplectens osculabat eum dicens.
Fili dulcissime honora caniciē patris tui.
Verere fili patrē tuū. An nescis quale bo
num est patri obedire: ⁊ eum letificare. sic
econtra malū est ipm exacerbare. Quot/
quot em̄ fecerunt male perierūt. Cui iosa/
phat. Tempꝰ amādi ⁊ tempꝰ odiendi ⁊ tē
pus obediendi tempus pacis ⁊ tempꝰ bel
li. Nullo em̄ modo auertentib9 nos a deo
obedire debemus siue sit pater siue sit ma
ter. H Videns igit pater eius ꝯstan
tiam ait. Ex quo video tuā pertinaciā nec
mihi obedire vis saltē veni ⁊ ambo pari/
ter veritati credamus. Barlaā em̄ qui te
seduxit a me vinctus tenet. Nostri igitur
⁊ vestri cum barlaā ꝯueniant ⁊ preconem
mittā. vt oēs galilei sine timore veniant
Et disputatiōe incepta si vester barlaā ob
tinuerit vobis credemus. si aūt nostri no/
bis ꝯsentietis. Quod cū regis filio placu
isset. ⁊ illi cum simulato barlaā ordinasset
quō prius deberet simulare se fidē xpiano/
rum defendere ⁊ postea se permittere sup/
ari oēs insimul ꝯuenerunt. Conuersus
igit iosaphat ad nachor dixit. Nosti o bar
laam qualiter me docuisti. Si igit fidem
quā me docuisti defenderis i doctrina tua
vsq̄ in finē vite permanebo. Si aūt supe/
ratus fueris. statim in te meā ꝯtumeliam
vindicabo. ⁊ cor tuū ⁊ linguā manib9 ex/
trahens dabo canib9 ne alij amplius pre/
sumant filios regū in errorē mittere. His
auditis nachor tristis ⁊ pauidus vehemē
ter factus ē. vidēs seipm in foueā quā fec
decidisse. ⁊ laqueo suo comprehensum esse
Aiaduertens igit cognouit melius esse fi/
lio regis adherere. vt periculo mortis eua
dere posset. Rex aūt sibi palā dixerat vt fi/
dem suā sine timore defenderet. Unus g
rhetorꝫ surgens dixit. Tu es barlaā ꝗ fi/
lium regis seduxisti. Et ille. Ego sum bar
laam qui filiū regis nō in errorē misi: sed
ab errore liberaui. Et rhetor. Cum eximij
⁊ mirabiles viri deos nostros adorauerūt
quō tu aduersus eos audes insurgere. Et
ille respondēs ait. Chaldei greci ⁊ egyptij
errantes. creaturas deos esse dixerūt. Naz

chaldei elementa deos esse arbitrati sunt. cum creata sint ad vtilitatē hominū vt eorum dñationi subiaceāt. ꝛ multis passionibus corrumpanꝰ. Greci quoqꝫ nephādos hoies deos putāt sicut saturnū quē aiunt filios suos comedisse. ꝛ virilia sibi abscidisse. ꝛ in mare proiecisse. ꝛ venerē inde natam fuisse. ꝛ a filio suo quoqꝫ ioue alligatū ꝛ in tartarū proiectū esse. Jupiter quoqꝫ rex aliorū deorū esse describiꝰ. Quē tamē in aīalia transformatū sepe dicūt vt adulteria cōmitteret. Venerē quoqꝫ deā adulteram esse dicunt. Nam aliquando habuit mechum martē. aliquando adonidem. Egyptij aūt animalia coluerunt. scꝫ ouez vitulū porcū ꝛ huiusmodi. Christiani aūt filiū altissimi colunt qui de celo descendit ꝛ carnem assumpsit. Cepit igitur nachor fidem christianorum euidenter defendere ꝛ rationibus communire: ita ꝙ rhetores illi muti effecti: nihil omnino respondere sciuerunt. Josaphat igitur vehementer exultabat: eo ꝙ dominus per inimicum veritatis veritatem defendisset. Rex autem furore nimio repletus est. Jussit igitur consilium dissolui quasi de his sequenti die denuo tractaturꝰ. Dixitqꝫ iosaphat patri. Aut magistrum meū permitte mecum hac nocte manere: vt simul de responsionibus fiendis crastino conferamus. et tu tuos tecum assumas. ꝛ cum eis conferas. Aut tuis mecuꝫ permissis accipe meum. Alioquin non iusticiam sed violentiam exercebis. Quapropter nachor sibi cōcessit spem adhuc habens ꝙ eum seduceret. Cum igitur filius regis cum nachor domum redisset: dixit ei iosaphat. Ne putes me ignorare quis sis. Scio te non esse barlaam sed nachor astrologum. Incipiensqꝫ iosaphat viam salutis ei predicauit ꝛ ad fidem conuertens mane ad heremuꝫ misit. Ubi baptismum suscipiens heremiticam vitam duxit. J Magus autē quidam nomine theodas. hec que gerebantur audiens ad regem venit. ꝛ ꝙ filium suum ad leges patrias redire faceret promisit. Cui rex. Si hoc feceris. statuam auream tibi erigam. ꝛ ipī sicut dijs sacrificium offeram. Et ille. A filio tuo cunctos remoue. ꝛ mulieres decoras ꝛ ornatas introduci precipe. vt semper cum eo sint ꝛ ministrent ei. conuersentur ꝛ morentur cū eo. Ego autem vnum de spiritibus meis ad eum dirigam qui eum ad libidnem inflammabit. Nihil enim iuuenes sic potest seducere sicut facies mulierum. Rex enim quidam cum filium vix habuisset. dixerūt peritissimi medici ꝙ si infra decē annos solem vel lumen viderit lumine oculorū priuabitur. Rex igitur in quadam petra spelunca excisa filium ibi vsqꝫ ad annos decem manere fecit. Quibus finitis iussit rex vt omniuꝫ rerum genera ante eum adducerentur. vt omnium nomina ꝛ noticiam posset habere. Adductis igitur ante eum auro ꝛ argento. lapidibus preciosis. vestibus splendidis. equis regalibus. ꝛ omniū rerum generibus. cum de vniuscuiusqꝫ rei nomine interrogaret. ministri omnium sibi nomina indicabant. Cum autē nomen mulierum discere anxie quereret. spatarius regis ludendo dixit. demones eas esse que homines seducunt. Rege autem interrogante filium: quid de omnibus que viderat plus amaret. quid inquit pater aliud nisi demones illos qui seducunt homines. In nullo enim sicut in his sic exarsit anima mea. Non igitur aliter putes te filium tuum superare nisi hoc modo. Rex igitur omnibus ministris eiectis. puellas decoras ei sociauit. que eum semper ad libidinem prouocabant nec habebat alium ad quem respiceret aut cum quo loqueretur vel cum quo vesceretur. Malignus vero spiritus a mago missus in iuuenem irruit. ꝛ magnum intus caminum ignis accendit. Malignus igitur spiritus intus inflammabat. Puelle autem exterius dirum excitabant ardorem. Qui se tam fortiter vexari sentiens turbabatur. ꝛ deo se totum recommendans diuinam consolationem recepit. ꝛ omnis temptatio abscessit. Deinde quandam puellam pulcherrimam cuiusdam regis filiam sed patre orbatā ad eam misit. Cui cū vir dei predicaret. illa rūdit. Si me ab idoloꝝ cultura saluare desideras ꝯiungere mihi nuptiarum copula. Nam ꝛ xpiani ꝯiugia nō abhorrent sed laudāt: quia patriarche eoꝝ ꝛ ꝓphe/

te ⁊ petrus eoꝝ apl̃us ꝯiuges habuerunt.
Ad quã ille. Inaniter mulier ista mihi ꝓ/
sequeris. Permittit̃ quidẽ xp̃ianis vxores
ducere. sed nõ his qui promiserũt xp̃o vir/
ginitatem seruare. Et illa. Sit ita vt vis.
Sed si aiam meã saluare desideras. vnaꝫ
minimã petitionẽ mihi perfice. Concum/
be mecũ tm̃ hac nocte ⁊ promitto tibi ꝙ sũ
mo diluculo efficiar xp̃iana. Nã sicut dici/
tis gaudiũ est angelis in celo sup̲ vno pec/
catore penitentiã agente. ipi autori ꝯuer/
sionis nõne magna merces debet̃. Semel
tm̃ mihi acquiesce ⁊ sic meipam saluabis
Illa igit̃ turrẽ aie illi⁹ fortit̃ ꝯcutere cepit.
Quod demon videns socijs suis ait. Vi/
detis quõ puella ista ꝯcussit quẽ nos non
potuimus ꝯcutere. Venite ḡ ⁊ in eũ forti/
ter irruamus ex quo ꝯgruũ tempus inue/
nimus. Cernẽs igit̃ sanctus iuuenis se tã
fortiter captiuatũ. q2 ⁊ ꝯcupiscentia incita
bat. ⁊ salus vnius puelle dyabolo suggerẽ
te ipm cõmouebat. lachrymis infusus oꝛõ
ni se dedit. In qua oꝛone obdormiẽs. vi/
dit se duci in quoddã pratũ decoris floribꝫ
exornatũ. vbi folia arboꝝ dulcẽ sonũ red/
debãt. aura quadã grata agitata. ⁊ odorẽ
mirificũ emanabãt. Vbi fruct⁹ visu specio
sissimi ⁊ gustu desiderabiles. Vbi sedes
posite erãt auro ⁊ gẽmis fabricate. lecti lu
cidi cũ preciosissimis ornamẽtis aque lim
pidissime preterfluentes. Dehinc in ciui/
tatẽ ipm introduxerũt. cuius muri ex auro
obrizo erant. q̃ claritate mirabili refulge/
bat. Vbi etherei quidã exercit⁹ cantãtes
canticũ qd̃ auris mortaliũ nunꝗ̃ audiuit
Dictũq3 est ei. Iste ẽ locus beatoꝝ. Cum
aũt viri vellẽt eũ reducere. rogabat vt euꝫ
ibi manere ꝑmitterẽt. Qui dixerũt. Cũ la/
bore multo venies huc. si tñ tibi vim infer
re poteris. Deinde ad loca teterrima ipm
duxerũt omi feditate plena. Dictũq3 est ei.
Iste ẽ locus iniustoꝝ. Cuꝫ aũt euigilasset
pulcritudo illius puelle ⁊ ceteraꝝ stercore
fetidior ei videbat̃. Vez cũ maligni spũs
ad theodã redissent. ⁊ ipe eos exprobraret
dixerũt. Priusq3 signo crucis signaret̃. sup̲
ipm irruẽtes fortit̃ ipm ꝯturbauim⁹. Vt
aũt seipm signo crucis muniuit nos ꝑsecu
tus est cũ ira. Tunc theodas cũ rege ad eũ

intrauit. sperãs ꝙ ei persuadere posset. Sꝫ
predictus magus captus ẽ ab eo quẽ cape
re voluit. ⁊ ab eo ꝯuersus baptisma susce/
pit ⁊ laudabilẽ vitã duxit R Rex igit̃
desperãs dimisit ei de ꝯsilio amicoꝝ medi
um regni sui. Ille autẽ licet desertum tota
mente desideraret. tñ ꝓpter fidei dilatatio
nẽ ad tp̲s ipm regnũ suscepit. ac in suis ci/
uitatibꝫ templa ⁊ cruces erexit ⁊ omẽs ad
xp̃m ꝯuertit. Pater aũt tandẽ filij rõnibꝫ ⁊
predicatiõibꝫ assensum prebẽs. fidẽ xp̃i re
cepit. ⁊ baptismũ suscipiẽs. ⁊ totũ regnũ fi
lio suo dimittẽs. ipe miscdie operibꝫ vaca/
bat. ⁊ post h̃ vitã laudabiliter finiuit. Jo/
saphat ãt barachiã regẽ ꝓnunciãs pluries
fugere voluit. sꝫ semp̲ a ꝓplo captus. vix tã
dem euasit. Cum ḡ per desertũ pergeret.
cuidã pauperi regalẽ habituꝫ dedit. ⁊ ipe
in pauperrima veste remãsit. Dyabolus
aũt multas ei insidias parabat. Aliqñ eni
gladio euaginato in eum irruebat. ⁊ eum
percutere minabat̃ nisi desisteret. Aliqñ in
forma feraꝝ sibi apparebat frendens ⁊ di
rum mugitum emittẽs. Ille aũt dicebat.
Dñs mihi adiutor est nõ timebo quid fa/
ciat mihi hõ. Duobꝫ igit̃ annis in heremo
iosaphat vagabũd⁹ mansit nec barlaã in
uenire potuit. Tandẽ aũt speluncã inue/
nit: ⁊ ante hostiũ stans dicebat. Benedic
pater benedic. Cuius vocẽ barlaã audiẽs
foras exilijt. ⁊ osculantes se feruentissime
sese alterutrũ amplexibꝫ ꝯstringebant. nec
satiari poterãt. Retulit aũt iosaphat bar/
laam omia que acciderãt ⁊ ille immensas
grãs egit deo. Mansit aũt iosaphat ibidẽ
multis annis in abstinẽtia mirabili ⁊ vir/
tute. Tandẽ ꝯpletis diebꝫ barlaã in pace
quieuit circa annos domini. CCCLXXX
Josaphat igitur in anno. XXV. regnum
deserens triginta quinq3 annis heremiti/
cum laborem subijt. Et sic multis clarus
virtutibus in pace quieuit. ⁊ cum corpore
barlaam positus fuit. Quod audiens rex
barachias illuc cum multo exercitu venit
⁊ corpora reuerenter assumens in ciuitatẽ
suam transtulit. Ad quorũ tumulũ mira/
cula multa fiunt.

CLXXVI A

De sancto Pelagio.

Elagius [illegible] mul/
te sanctitatis fuit. ac in ponti
ficatu laudabiliter se gerens
tandem plenus bonis operi/
bus in pace quieuit. Non fuit aũt iste pe/
lagius predecessor sancti gregorij. sz alius
ante ipm. Huic eñi pelagio successit iohã
nes tertius. iohanni tertio successit benedi
ctus. benedicto pelagius. pelagio gregori/
us. Tempore igitur primi pelagij longo/
bardi in italiam venerunt. Et quia mul/
ti huius hystoriã ignorare probant. ideo
eam hic inserendã decreui prout in hysto/
ria longobardorũ quaz paulus longobar
dorũ hystoriographus compilauit ⁊ in di
uersis cronicis explanata habet. Gens
etem quedam erat germanica plurimum
populosa. que de littoribus occeani parte
septentrionali egressa cum de insula scan
dinaria per bellorũ multa certamina di/
uersarũqꝫ terrarum circũitus tandẽ pan/
noniam deuenisset. vltra non audens pro
cedere. sedem sibi in ea perpetue habita/
tionis instituit. Hi primo vvinuli. postea
longobardi sunt appellati. Dum aũt ad/
huc in germania residerent. agilmundus
rex longobardorũ septem pueros in pisci/
na a meretrice ad necandum proiectos in
uenit quos vno partu dicta meretrix edi/
derat. Quos dũ rex casu reptos cuz hasta
ãmirans reuolueret. vnus eorũ hastã reg͛
manu tenuit. Quẽ rex vidẽs ⁊ stupẽs nu
triri fecit. ⁊ lamissionem vocauit magnuz
eum futurum esse prenuncians. Qui tan/
te probitatis extitit ꝙ mortuo rege eũ lon/
gobardi regem fecerunt. Per idem fere
tempus scilicet anno ab incarnatione do/
mini. CCCCXC. dum quidam episcopus
arrianus vt ait eutropius quendã nomie
barbam baptizare volens diceret. Bapti
zo te barba in nomine patris per filium in
spiritusancto. filium ⁊ spiritumsanctũ mi/
norem patre per hoc ostendere volens su/
bito aq̃ disparuit. ⁊ baptizãd⁹ ad ecclesiã
confugit. Per idem fere tempus floruе
runt sanci medardus ⁊ gildardus fratres
vterini vno die nati. vno die episcopi con/
secrati. vno die mortui. vno die a christo
assumpti. Ante vero hoc tẽpus vt in qua
dam cronica dicitur. scilicet circa annum
domini. CCCCI. dum intra gallias arria
na heresis pullularet. vnitas substãtie tri/
um personarũ euidenti miraculo demon/
stratur. vt ait sigibertus Dum enim in
vrbe vasacensi missam episcopus celebra/
ret. vidit tres guttas clarissimas equalis
magnitudinis super altare emissas. que
simul defluentes in vnum coniuncte gem
mam pulcerrimã effecerunt. Quam cum
in medio cuiusdam crucis auree posuisset
alie gemme que ibi erant de ipa protinus
ceciderunt. Addidit quoqꝫ ꝙ impijs ob/
scura. ⁊ mundis clara videbatur. ⁊ ꝙ in/
firmis dabat sanitatẽ. ⁊ adorantibus cru/
cem augebat deuotionẽ. B Post hꝯ
autem longobardis his quidam rex pre/
erat nomine albuinus vir quidam fortis
⁊ strenuus. Qui cum rege gebidaniorum
prelium gerens. eius exercitum contriuit
⁊ regem interfecit. Qua propter filius pre/
dicti regis occisi. qui sibi in regnum succes
serat. in vltionem patris sui contra albui/
num manu armata fortiter processit. Con
tra quem albuinus exercitum suum mo/
uit. ⁊ ipm superans interfecit. Filiãqꝫ suã
nomine rosimundam captiuaz ducens in
vxorem accepit. Sed ⁊ de capite ipius re/
gis sibi cupam parauit. quam argento cir
cumducens inde bibebat. In illis autem
diebus iustinus iunior imperium guber/
nabat qui quendam principem eunuchũ
habebat qui dicebatur narses. virum qui/
dem nobilem ⁊ strenuum. qui contra go/
thos qui totam italiam inuaserant proce/
dens ipos superauit. ⁊ regem eorum atti/
lam occidit. ⁊ vniuersam italiam pacatã
reddidit. Qui pro magnis beneficijs ma
gnam inuidiã pertulit a romanis. Qua/
propter apud imperatorem falso accusa/
tus. a prefato imperatore depositus est.
Vxor quoqꝫ imperatoris nomine saphi/
na hanc contumeliam sibi misit ꝙ eum cũ
ancillis suis filare faceret ⁊ lanarum pen/
sa diuidere. Ad hec verba narses respon/
dit. Et ego talem telam tibi ordiri procu/
rabo quam donec vixeris deponere nõ va
lebis. Neapolim igitur narses secedens.
longobardis mandauit vt pauprima pã/
nonie rura desererent. ⁊ ad italie fertile so/

lum possidendum confluerent. Quod al/
buinus audiens pannoniā deseruit. ⁊ an/
no ab incarnatione domini. dlxviij. cum
longobardis italiā intrauit. Erat aūt cō/
suetudo eis longas valde barbas porta/
re. Unde cum quadā vice vt aiunt explo/
ratores ad eos venire deberent. precepit al
buinus vt omnes mulieres solutos crines
circa mentum circumducerent vt barbati
homines ab exploratoribus crederentur.
Et inde longobardi a longis barbis post
modum sunt vocati Barda enī in eorum
lingua barbam sonabat. Alij dicūt ꝙ cum
winuli cum wandalis pugnaturi essent.
⁊ ad quendam qui habebat spiritum pro
phetie accessissent. vt pro eorum victoria
exoraret ⁊ eis benediceret. de consilio vxo
ris iuxta fenestram in qua mane ad orien/
tem orabat se posuerunt ⁊ mulieres circa
mentum capillos circumducere de eiusdē
consilio preceperūt. Cum ergo ille fenestrā
aperiēs eos vidisset exclamauit Qui sunt
isti longobardi. Et vxor sua adiunxit. vt
quibꝫ nomē dederat victoriā ꝯdonaret. In
gressi igiť italiā oīes pene ciuitates cepe/
runt. cunctis habitatoribꝫ interfectis. Pa
piā aūt tribꝫ annis obsessam tandē cepe/
runt. Rex aūt albuinus iurauerat se om
nes christianos occisurū. Unde cum pa/
piam intrare deberet. equus eius ante por
tam ciuitatis genua figens quantūcunqꝫ
calcaribus vrgeretur surgere nō valebat.
quousqꝫ ad monitionē cuiusdam christia
ni rex iuramentum mutauit. Mediolanū
ergo longobardi ingressi. totam pene itali
liam intra breue spacium temporis subiu/
garunt preter romam ⁊ romaniliā. Que
romanilia est vocata quasi altera roma. ex
eo scilicet ꝙ rome semper adhesisset. C

Cum igitur rex albuinus verone esset.
⁊ quoddam magnum conuiuium prepa
rasset. cyphum suum quem de capite re/
gis fecerat afferri faciens ex eo bibit ⁊ vxo
rem suā noīe rosimundā de eo bibere fecit
dicens. Bibe cum patre tuo. Quod cum
rosimunda didicisset. odiū magnū contra
regem concepit. Erat aūt regi dux quidā
qui quandam domicellam regine carna/
liter cognoscebat. At regina absente rege
quadam nocte ancille sue cubiculum in/
trans predicto duci ex persona ipsius an/
cille mandauit vt ad se illa nocte deberet
accedere. Qui cum venisset. regina predi/
cto duci vice ancille se supposuit. ⁊ postmo
dum dixit ei. Scis que sum. Cui cum ille
esse talem amicam suā diceret illa ait. Ne
quaqꝫ. Sed sum rosimunda. Certe talem
rem perpetrasti hodie ꝙ aut albuinū occi/
des. aut albuini gladio interibis Uolo igi
tur vt de ipo viro meo qui patrem meum
occidit. ⁊ de eius capite cupam sibi faciēs
me in ea bibere fecit. me debes vindicare.
Cui ille non acquiescens. alium se inueni
re promisit. qui hoc negociū perpetraret.
Unde illa arma subtrahens spatam illi/
us que erat ad lectuli caput ne tolli aut e/
uaginari posset fortiter colligauit. Dum
ergo rex in stratu dormiret. homicida eius
cubiculum intrare conatur. Quod rex sen
tiens de stratu exilijt. ⁊ spatam arripiens.
sed extrahere non valens. cum scabello se
viriliter defendere cepit Sed ille cum opti
me esset armatus. in regē inualuit ⁊ occi/
dit. Accipiēs igiť vniuersos thesauros pa
latij cum rosimunda rauennā vt diciť au
fugit. Sed cū rosimunda quendā iuuenē
pulcerrimū prefectū scꝫ rauenne vidisset.
ipm in virum habere desiderans venenū
viro in calice propinauit. Cuius amaritu
dinē ille presentiēs iubet vxori vt residuū
bibat Quod cum recusaret ille euaginato
gladio eam bibere coegit ⁊ sic ambo ibidē
perierunt. Tandē rex quidā longobar/
dorū nomine adalaoth baptizatus est ⁊ fi
dem xpi suscepit Sed ⁊ theudelina longo
bardorū regina christianissima ⁊ deuota
apud madoeciā pulcerrimū oratoriū con/
stituit. Ad quam reginā gregorius libros
dyalogorū transmisit. Que virū suū noīe
agisulphū primo ducem thaurinēsem. sed
postmodū longobardorū regē ad fidē con
uertit. ⁊ cum romano imperio ⁊ ecclesia cū
pacem habere fecit. Sicqꝫ in festo sanctorū
geruasij ⁊ prothasij facta est pax inter ro/
manos ⁊ longobardos. Et ideo gregorius
in eodē festo cantari instituit in officio mis
se. Loquetur dn̄s pacē. ⁊c. In natiuitate quoqꝫ
sancti iohannis baptiste predictorū pax ⁊
ꝯuersio amplius confirmata fuit. Theu/
delina vero in beatum iohannē specialem

deuotionē habebat. Cuius meritis gentis sue conuersionem ascribens predictū ora/torium apud madoeciam fabricauit. eius/qꝫ gentis iohannē patronū ꝛ defensorem esse cuidam viro sancto reuelatum fuit.
M Ortuo gregorio successit ei sabi/nus ꝛ sabino bonifacius tertius ꝛ bonifa cio tertio bonifacius quartus. Ad cuius preces focas impator donauit ecclesie xpi pantheon. circa annos domini. dcx. Et ad preces tertij bonifacij prius statuit sedem romanā esse caput omniū ecclesiarꝫ. Nam ecclesia constantinopolis se primā omniū ecclesiarum scribebat. Huius bonifa/cij tempore mortuo foca ꝛ regnāte eradio circa annū domini. dcx. machometh pseu do propheta ꝛ etiam magus. agarenos si/ue ismaelitas. id est saracenos hoc modo decepit. sicut legitur in quadam hystoria ipsius ꝛ in quadam cronica. Clericus qui/dam valde famosus cum i romana curia honorē quem cupiebat assequi nō potuis/set. indignatus ad partes vltromarinas confugiens sua simulatione innumera/biles ad se attraxit. Inueniensqꝫ macho/meth dixit ei ꝙ ipsum illi populo preficere vellet. Nutriensqꝫ columbam grana ꝛ alia huiusmodi in auribus machometh pone/bat. Columba autē super eius humeros stans. de auribus eius cibuꝫ sibi sumebat. Sicqꝫ iam adeo assuefacta erat ꝙ quan/docunqꝫ machometh videbat. protinus super humeros eius prosiliēs rostrum in eius aure ponebat. Predictus igitur vir populum cōuocans dixit se illum sibi vel le preficere quem spiritussanctus in specie columbe monstraret. Statimqꝫ columbā secrete emisit ꝛ illa super humeros macho meth qui cum alijs astabat euolans. ro/strum in eius aure apposuit. Quod popu lus videns. spiritumsanctuꝫ esse credidit qui super eum descenderet. ac in eius aure verba dei inferret. Et sic machometh sa/racenos decepit. Qui sibi adherentes re/gnum persidis ac orientalis imperij fines vsqꝫ ad alexandriaꝫ inuaserunt. Hoc qui dam vulgariter dicitur. Sed verius est quod inferius habetur. Machometh igitur proprias leges confingens. ipsas a spiritusancto in specie columbe que sepe vi dente populo super eum volabat. se rece/pisse mentiebatur. In quibus quedam de vtroqꝫ testamento inseruit. Nam cum in primeua etate mercimonia exerceret. ꝛ a/pud egyptum ꝛ palestinam cum camelis pergeret. cum christianis ꝛ iudeis sepe cō uersabatur. a quibus tam nouū ꝙ vetus didicit testamentum. Unde scdm ritum iudeorum circūciduntur saraceni. carnes porcinas non comedunt. Cuius rationeꝫ cum vellet machometh assignare dixit ꝙ ex fimo cameli porcus post diluuium fue/rit procreatus. ꝛ ideo tanqꝫ immundus a mundo populo est vitandus. Cum chri/stianis aūt conueniūt. quia credunt vnuꝫ solum deum omnipotentem omniū crea/torem. Asseruit etiā pseudo propheta ve/ra quedam falsis immiscens. ꝙ moyses fuit magnus propheta. sed christus ma/ior ꝛ summus prophetarum natus ex ma ria virgine virtute dei. absqꝫ semine homi nis. Ait quoqꝫ in suo alcorano ꝙ christus dum adhuc puer esset. de limo terre volu/cres procreauit. Sed veneuꝫ immiscuit quia christum nō vere passum nec vere re/surrexisse dixit. sed alium quendam ho/minem sibi similem huiusmodi egisse vel passum esse docuit. ¶ Quedam autē matrona nomīe cadigan. que preerat cui/dam prouincie nomine corocania videns hominem iudeorum ꝛ saracenorum con/tubernio vallari. extimabat in illo maie/statem diuinaꝫ latere. Et cum esset vidua ipsum in maritum accepit. Et sic macho/meth totius illius prouīcie obtinuit prin/cipatum. Ille autem suis prestigijs non solum predictam dominam. sed etiam iu deos ꝛ saracenos demum adeo dementa/uit. vt se messiam in lege promissum publi ce faterentur. Post hoc vero machometh cepit frequenter cadere epilentica passio/ne. Quod cadigan cernens plurimum tri stabatur. eo ꝙ impurissimo homini ꝛ epilē tico nupsisset. Quā ille placare desiderans talibꝫ eam sermonibꝫ demulcebat dicens Gabrielē archangelum frequenter mecū loquentē contemplor ꝛ non ferens splen/dorem vultus eius in medeficio ꝛ tabesco

Quod sic esse mulier ⁊ ceteri crediderunt.
Alibi tamen legitur ꝙ fuit quidam mo/
nachus qui machomethū instruxit nomi/
ne sergius qui in errorem nestorij incidens
dum a monachis fuisset expulsus in ara/
biaꝫ venit ⁊ machometho adhesit. Licet
alibi legatur ꝙ fuit archidyaconus i par/
tibus antiochie degēs. ⁊ fuit vt asserunt ia
cobita. qui circumcisionē predicant. chri/
stumqꝫ non deum sed hominē tantum iu
stum ⁊ sanctum de spiritusancto cōceptū
⁊ de virgine natum affirmant Que omīa
saraceni affirmant ⁊ credunt. Predictus
igitur sergius machomethū de nouo ⁊ ve
teri testamento vt tradunt plura edocuit.
Machomethus em̄ vtroqꝫ parente orba
tus. sub patrui sui cura puericie annos a/
gebat. multoqꝫ tempore cū vniuersa gen/
te sua arabum idolorum cultui deseruiuit
quemadmodum in alcorano suo testatur
deum sibi dixisse Orphanus fuisti ⁊ susce
pi te. in errore idolatrie diu māsisti ⁊ inde
eduxi te. pauper eras ⁊ ego locupletaui te
Uniuersa em̄ gens arabum cum macho/
metho venerem pro dea colebat. ⁊ inde est
ꝙ adhuc sexta feria apud saracenos in ma
gna veneratione habetur. sicut apud iude
os sabbatum. ⁊ apud christianos dies do
minica colitur. Machomethus igitur
predicte cadigan locupletatus diuitijs. in
tantam prorupit mentis audaciam vt re/
gnum arabū sibi vsurpare cogitaret Sed
cum videret se per violentiaꝫ hoc assequi
non valere. maxime cum a contribulibus
suis qui eo maiores fuerant despiceretur.
prophetam se fingere voluit. vt quos non
poterat subiugare per potentiā saltem per
sanctitatem attraheret simulatam. Pre/
nire voluit. sed prefatus traditor eū auer
tit dicens eum in venatione esse. Adhuc
karolus necem ⁊ traditionē suoꝝ ignora-
uit. Ad obitum rotholandi venit theodo
ricus qui vidit compunctionē ⁊ orationē
eius. Tribus vicibus carnem suam teti-
git dicens. Et in carne mea videbo deum
saluatorē meū. Similr̄ tetigit ⁊ oculos di
cens. Quem visurus sum ego ipse ⁊c. Et
ait. Memento mei dñe quia pro honore
tuo exul morior. Memor esto socioꝝ meo
rum similiter occisoꝝ pro te. Tunc signãs
se cruce ait. Nunc videbo qđ oculus non
vidit ⁊c. Et sic expirauit sanctissimꝰ mar
tyr christi rotholãdus. Ego turpinꝰ ne-
sciens rotholandū defunctū. ipso die obi-
tus eius missam defunctoꝝ presente ka-
rolo celebraui. XVI. kal. Julij ⁊ raptus in
extasi audiui choros in celestibꝫ cantan-
tes. ignorans quid hoc esset. Post hoc de
mones audiui quasi predam ducentes.
Quibus dixi. Quid fertis. Responderūt.
Marsyrū ad inferna sicut michael rotho
landum ad celestia. Missa celebrata di-
xi hoc karolo. Cum hoc dicerē venit bal-
devuinus super equum rotholandi dicēs
rotholandū se reliquisse in agonia. Cito
exercitus venit ad funus. sed karolus pri
mus inuenit eum exanimatū. brachia su-
per pectus posuerat in formã cruc̄. Tūc
karolus irruit super eum. Quis planctū
illius explicē. Balsamo myrrha ⁊ aloe cō
ditus est. Et cum eo ibi pernoctauit exer-
citus. Trigintaocto annoꝝ obijt. Crasti-
no armati vadunt ad locum certaminis:
vbi cum aliquis amicum suū semiuiuum

repperit. aliquis mortuũ. oliuerium defunctum inueniunt q̃ttuor palis in terram fixis extensum. restibus retortis ligatum a collo vsqꝫ ad vngues pedum ⁊ manuum excoriatum sagittis lanceis spatis perforatum. Totum nemus clamoribꝫ impletur. quilibet suum amicũ eiulando. Tũc karolus iurauit per omnipotentẽ ꝙ curre re non cessaret donec hostes inueniret. Et inuenit eos cenantes quattuor milia que occidit. Stetit sol imobilis ⁊ prolongata est dies illa spacio trium dierum. Et inuento traditore gamaleone precepit eum karolus quattuor equis fortissimis totius exercitus alligari: ⁊ super eos assessores agitantes contra quattuor plagas orbis Et sic digna morte interijt discerptus exemplo iude proditoris. Duodecim milia vnciarum argenti ⁊ viginti milia talentorum auri vestes ⁊ cibaria data sunt pro animabꝫ defunctoꝝ. Rotholandus in ecclesia rhomana sepelitur. gladius eius ad caput suspendit. Omnem terram circa oppidum blauieñ. sex dierum spacio vbi rotholandus sepultus est canonicis regularibꝫ quos ipe karolus restaurauerat iussit dari. vt annuatim in anniuersario sancti rotholandi triginta pauperes omnibꝰ necessarijs vestibus induerent. cibis reficerent. triginta psalteria ⁊ tot missas pro oĩum defunctoꝝ animabus occisoꝝ dicerent. de reliquo ipsi viuerent. Post h̃ karolus sanctum dionysiũ honorauit. oẽm franciam ecclesie eius in predio dedit. ⁊ p̃cepit vt omẽs franci presentes ⁊ futuri etiam reges pastori ecclesie obedirent. ⁊ quelibet domus annuatim quattuor denarios daret ipsi ecclesie. Et stans apud corpus beati dionysij orauit pro animabus occisoꝝ in hyspania. ⁊ pro his qui libenter prefatos denarios soluerẽt. Nocte proxima regi dormiẽti dionysiꝰ apparuit eũqꝫ excitauit dicens. Qui tuo exemplo in hyspania occisi sunt vel occident. omniũ delictorum veniam impetraui. Similit̃ de quattuor denarijs grauioris sui vulneris medicinam impetraui. Hoc karolus dixit omnibus. Tunc karolus aquisgrani mira matri dei operatus est. vnde prouocati sunt etiam ad bona facienda multi alij. Tunc mihi turpino mors karoli reuelata est hoc modo. Cum apud viennaȝ die quadam in extasi raptus orationi vacarem. psalmũ Deus in adiutoriũ dicerẽ demonũ agmina precedebant versus lothoringiam. Cum omnes transissent. vidi vnum quasi ethyopem gressu tardo sequentem. Cui dixi. Quo itis. Respondit. Aquisgrani tollere animã karoli. Cui dixi. Adiuro te per christum. vt redeas ad me dicens quid actum sit. Tunc parum morati redeunt vt prius ordinati. Dixi ergo ei cui prius dixeram. Quid egistis. Respondit. Galicianus sine capite tot lapides ⁊ ligna ecclesiarum tulit in statera ꝙ plus appenderunt eius bona q̃ȝ mala. et ideo animam eius a nobis abstulit. q̊ dicto euanuit. Et ego cognoui illa hora karolum esse defunctum. Ipse etiam quãdo ab inuicem recessimus me rogante promisit mihi si fieri posset nunciũ mortꝫ sue mihi mitteret. Similiter ego sibi de mea morte promisi. Unde egrotans ad mortẽ precepit cuidam militi alũno suo vt mortem eius mihi nunciaret. Quod ⁊ fecit. Quinto kalendas februarij obijt ãno domini octingentesimo decimoquarto.

CLXXXVIII

De Conceptione sancte Marie virginis.

Anselmus cantuariensis archiepiscopus ⁊ pastor anglorum coepiscopis suis cunctisqꝫ orthodoxis salutem ⁊ perpetuam in domino benedictionẽ. Conceptio veneranda dei genitricis ⁊ perpetue virginis marie. Dilectissimi fratres quẽadmodum per multorum signorum experimenta in anglia ⁊ francia ceterisqꝫ conclimatibus celebranda sit. olim declarata. me narrãte audiat dilectio vestra. Tẽpore nanqꝫ illo quo diuine placuit pietati anglorum gentem de malis suis corrigere. sueqꝫ seruituris officijs artius astringere: gloriosissimo normannoꝝ duci guilhelmo eandeȝ patriam debellando subegit. Et regi eorum eraldo nomine impio et tyranno clericqꝫ persecutori ⁊ honoris

ecclesiastici subuersori. reddidit in bello pro meritis talionem. Quo ceso guilhelmus factus dei virtute ⁊ industria sua anglorum rex totius ecclesiastice dignitatis honores in melius reformauit. Cuius pie intentionis operibus inuidens ille bonorum omniū inimicus diabolus. tum familiarium fraudibus. tum extraneorum incursibus. multotiens conatus est eius obsistere successibus. Sed domino protegente ad nihilum deductus est malign⁹. Audientes autem daci angliam subiectā esse normannis. grauiter indignati se suo quasi hereditario iure priuari. arma preparant. classem aptant vt eos adeuntes a data sibi diuinitus patria expellant. Hoc comperto guilhelmus rex prudentissim⁹ helsynum quendam religiosum abbatem ramesiens cenobij ad daciam dirigit vt inquirat veritatem huius rei. At ille vir admodum sagacis ingenij strenue negocium regis exequitur. Quo fideliter peracto ad angliam reuerti cupiens mare ingreditur ⁊ iam maximam partem maris prospero cursu transierat. cum subito densis surgentibus vndiqꝫ ventis horrida tempestas celum commouit ⁊ vndas. Fatigatis igitur nautis nec vltra valentib⁹ obniti. fractis remis funibus ruptis. cadētibus velis. spes salutis amittitur. ⁊ nihil nisi submersionis indicium miserabiliter expectatur. Cunqꝫ de salute corporū desperati animarum curam solummodo creatori suo magnis clamoribus commēdarent: ⁊ beatissimam dei genitricē mariam miserorum scilicet refugium ⁊ desperatorum spem deuote inuocarent. subito quendam venerande habitudinis virum pontificali infula decoratum. quasi inter vndas naui proximū viderunt. Qui aduocans ad se helsynum abbatem his verbis cepit compellari eum. Uis inquit periculum euadere. vis ad patriam sanus ire. Cunqꝫ ille cum fletu in toto corde desiderare id solum expetere responderet. Tunc ille. Scias inquit me ad te a domina nostra dei genitrice maria. ad quam dulciter reclamasti directum. ⁊ si dictis meis obtemperare volueris. sanus cum comitib⁹ imminens euades periculum maris. Spondet ille ilico se ei in omnib⁹ obtemperaturum. si hoc euaderet periculum. Promitte inquit mihi ⁊ deo qꝫ diem conceptionis ⁊ creationis matris christi celebrabis. ⁊ celebrandū predicabis. At ille vt vir prudentissimus ⁊ quis inquit mihi dies hoc festo erit celebrandus. Sexto ait idus decembris hoc festum teneb⁹. Et quo inquit abbas officio vtemur i ecclesiastico obsequio. Omne inquit officium quod dicitur in natiuitate eius. dicetur i conceptione excepto qꝫ nomen natiuitatis mutabitur in nomen conceptionis. His dictis ille disparuit. ⁊ citius dictu sedata tempestate. abbas cum suis incolumis cō cito flatu applicuit anglicis litoribus et que viderat ⁊ audierat. quibus potuit notificauit. Statuit autem idem festum in ramesiensi cenobio solenniter celebrari. ⁊ ipse quo aduixit deuotis obsequijs solenniter celebrauit. Et nos ergo fratres charissimi si portum salutis volumus apprehendere. dei genitricis creationem ⁊ conceptionem dignis officijs celebremus. vt ab eius filio digna mercede remuneremur. qui cum patre ⁊ spiritusancto viuit et regnat in secula seculorum Amen.

Rursum hec solennitas alio modo alibi declaratur. Temporibus nanqꝫ karoli regis francorum clericus quidam ordine leuita vngarie regis germanus. beatā dei genitricem mariam toto corde diligere. eiusqꝫ horas cantare solicit⁹. parentum suorum consilio nubere volens cū quadā adolescētula valde pulcra; accepta a presbytero nuptiali benedictiōe die quadam missa etiam iam celebrata recordatus qꝫ eiusdem beate Marie virgis horas die illa iuxta morem suum non cantauerat omnes ab ecclesia exire coegit. sponsam domum mittens. ⁊ ipse iuxta altare solus remansit. Cunqꝫ solus dominice matris horas decantando hanc antiphonam. scilicet Pulchra es ⁊ decora cantaret. subito apparuit ei dña nra ⁊ perpetua dei genitrix virgo maria cum duobus angelis dextram eius ⁊ leuam tenēti b⁹ dicēs ei. Si ego sum pulchra ⁊ decora quid est qꝫ me dimittis ⁊ aliam sponsam accipis. Numquid non ego sum pulchrior illa. nunquid

nō ego sum optime formosa. nunquid nō
ego sum valde decora. vbi vidisti taꝫ pul/
chram. Cui ille. Dn̄a mea inquit clari/
tudo tua omnē pulchritudinē mundi ex/
cellit. Tu es super thronos ⁊ choros an/
gelorum eleuata. tu es super celos celorū
exaltata. Quid ergo vis vt faciam. At il
la. Si sponsam inquit carnalē cui adhe/
rere vis amore mei dimiseris me sponsaꝫ
in celesti regno habebis. Et si ꝯceptionis
mee festa annuatim sexto idus decembꝫ
solenniter celebraueris ⁊ colenda ꝑdica/
ueris mecum in regno vnigeniti mei lau/
reatus eris. His itaqꝫ dictis. dn̄a nostra
ab oculis se videntis disparuit. Clericus
ꝓ̄o domū redire nolens absqꝫ parentum
suorum consilio ilico abbaciam q̄ndā in/
gressus. monachi habitu decorat᷑. Ubi pꝰ
exiguū tempus meritis beate marie sem
per virginis. que diligētes se semper remu
nerat decorat ⁊ beatificat. aquileie ep̄s pa
triarcha factus. festum eiusdem ꝯceptio/
nis die prefato q̄ꝫdiu vixit annuatim cuꝫ
ꝓꝓrijs etiam octauis diligenter celebrauit
et celebrandū predicauit. Iterum hec
festiuitas aliter alibi declarat᷑. In pago
gallico canonicus quidam ordine sacer/
dos. solicitus cantare beate marie virgi/
nis horas nocturnales a villa quadā vbi
cum vxore cuiusdaꝫ adulteratꝰ fuerat re/
diens ad oppidum vbi morabat᷑ tendere
curans. fluuiū secane transmeare cupiēs
solus nauim ingressus. dn̄ice matris ma/
tutinas nauigādo canere cepit. Cūqꝫ In
uitatoriū Aue maria gratia plena dn̄s te
cum diceret. ⁊ iam in medio fluminis eēt
ecce demonū turba vna cum eius nauicu
la eum precipitauerūt: ⁊ eius animam si/
cut ꝓmeruerat rapuerūt ad tormēta. Die
autem tertio ad locum quo demones eaꝫ
tormentis afficiebāt. venit beata v̄go ma
ria cum sanctoꝝ turba dicens eis. Ut q̄d
mei familiaris animā iniuste afficitꝭ. Nos
inquiūt eam debemus habere. quoniam
capta est in nostro opere. Si illius inquit
virgo esse debet cuius opera faciebat. er/
go nostra esse debet. quoniaꝫ matutinas
nostras dum vos eum gemistis decanta/
bat. Unde magis rei facti estis. quia er/
ga me inique egistis. His itaqꝫ dictis de

monibꝫ huc ⁊ illuc fugientibꝫ. sanctissima
virgo animā reduxit ad corpus. ⁊ ꝑ bra/
chium hoiem ab vtroqꝫ funere resuscita/
tum arripiens. aquam a dextris ⁊ a sini/
stris quasi murū stare iubens. de ꝓfundo
fluuij ad portum incolumē adduxit. At
ipse gauisus pedibꝫ eius ꝓstratus ait ei.
Charissima dn̄a mea ⁊ virgo gratissima
quid tibi retribuam pro tantis beneficijs
que mihi fecisti. Precor inq̄t dei genitrix
ne amplius in adulterij peccata cadēs cō
ceptiōis mee festa sexto idus decēbris so
lenniter celebres ⁊ celebrāda denuncies.
Mox vt ipsa locuta est. celos eo vidente
ascendit. At ipse heremiticā vitam ducēs
quod sibi acciderat cunctis audire cupiē
tibꝫ enarrauit. ⁊ q̄ꝫdiu vixit eadem festa
celebrauit: ⁊ celebrāda predicauit. Et nos
ergo fratres charissimi hoc idem nr̄a au/
toritate ep̄ali corroboramꝰ ⁊ precipimus
vt nullus vestrum ita sit rebus tꝑalibus
aut ꝓꝓrijs delictis occupatꝰ. q̄n beate ma
rie virginis venerandā ꝯceptionē annua
tim celebret. ⁊ eius horas per vnūquēqꝫ
diem excepto die dn̄ico vel die nouē lectio
num decantet. Unde etiam notandū est
ꝙ si aliquis ꝓpter peccatoꝝ suoꝝ despera
tionem dei officiū facere noluerit duplicit᷑
coram deo reus erit. Uno modo q2 pecca
tum fecit. altero quia pro peccato suo deo
seruire noluit. Hinc ad petrum dn̄s ait.
Si te peccatorē ꝯsideras. oportet vt a te
deum tuū non repellas. Deum a se repel/
lit. qui ꝓpter peccata bonū opus facere re/
nuit. Sed nos peccatores esse recognosci
mus. oportet vt dei genitricem apud filiū
suum exoratriceꝫ ⁊ auxiliatricē habeamꝰ.
Si enī aduersum nos summꝰ iudex pro
nostris facinoribꝫ iratus fuerit. ipsa nobis
potest facere filium placatum que eū ge/
nuit. Nullus erit tantus peccator in hoc
seculo si ipsa filium suū exorauerit pro eo
q̄n recipiat veniam in futuro. Quicquid
enim a pio filio suo petierit. totum veraci/
ter obtinebit. Quid de theophilo dica
mus. Theophilus vicedn̄s cuiusdaꝫ epi
scopi ciliciōꝝ extitit. Hic postq̄ꝫ accusatꝰ
apud dn̄m fuit. ⁊ a ꝓꝓrio officio expulsus
pauꝑtate contritus cuiusdam iudei conci
lio qui cum diabolo per artem magicam

vsu loquebat̃. christianitatē suam abne/
gans eidem dyabolo semetipm̄ in seruum
cōmendauit. Unde valde post exiguū tē/
pus penitens. in quadā beate Marie vir
ginis basilica ꝑ quadraginta dies ante eiꝰ
imaginē plorans vigilauit. Cui ꝑ nimio
labore ⁊ lassitudine precuȝ dormienti ap/
paruit beata virgo Maria: ⁊ corripiens
eum reddidit ei cyrographū quod dyabo
lo prefati iudei dederat. quod ipsa dei ge/
nitrix ab ipo vi abstulerat. Tūc theophilꝰ
euigilās sup pectꝰ suū cyrographū positū
īuenit. ⁊ mox crastino die hec epo cūctisꝗ
ciuibus enarrauit. Et statim idem epus
data sibi penitētia salutari ⁊ absolutōe fa/
cta. duxit illū ante altare ad cōmunicādū
Cū aūt corpus christi de manu epi acci/
peret descēdit sup illū spūssanctus in spe/
cie solis ⁊ refulsit facies eius vt sol. Deni/
ꝗ in prefata basilica trib; diebus totideȝ/
ꝗ noctibus agēs deo ⁊ beate Marie vir
gini grates. insistēs precib; ⁊ cōsilijs vt di/
es conceptōis btē Marie ꝟginis vt p̄di/
ctū est solēniter celebret̃. spiritū deo reddi
dit. Ecce qr beata dei genitrix Theophi/
lū desperatū ad veniam reduxit. ⁊ p̄fatum
p̄sbr̄m triduanū mortuū etiā a demonib;
eripuit. ⁊ ad vitā reuocauit. q̄nto ḡ magꝭ
fratres carissimi beatos faciet illos. q̄ eaȝ
assidue inuocabūt: si eos q̄ solo momento
eam interpellauerūt miserēs iuuit. San/
ctionenses nanꝗ ⁊ romani eiꝰ matutinas
cū. IX. lectōibus die sabbatoꝝ bono more
decātantes gratiā eius adq̄rūt. Nulli er/
go sit pigrū: nulli onerosū celebrare eius fe
sta. Sciēdū qr sic in sancta ecclia colit̃ na
tiuitas eiꝰ: sic debet excoli ꝯceptio eꝰ. Sic
eīm ad saluanduȝ genꝰ humanū olim fuit
necessaria natiuitas: sic fuit cōceptio ipsiꝰ
Nisi ꝯcipet̃ minime nasceret̃. Jussu di cō
cipit̃ ⁊ nascit̃. Que nisi nasceret̃ mundi re
demptor ex ea nō nasceret̃. Jmo si diuina
ḡnatio ꝑspiciat̃ specialis ꝯceptiōis eiꝰ for
ma maior esse approbat̃ ꝗ natiuitatꝭ. Sic
cōceptio beate ꝟginis maior esse ꝯcludit̃
ꝗ natiuitas. Magis eīm est sanctissimuȝ
corpus virginis cū btissima sui aīa quaȝ
de nihilo creauit deus ꝯcipi ⁊ cōiungi. ꝗ
ꝑ natiuitatem inesse ꝯtinuari. Sicut res
maior est adam a deo creari ꝗ filios ade

de matre naturalr̃ nasci. Cuiꝰ ergo natiui
tas sancta est. eius cōceptio nō immerito sā
cta erit. Quisq̄s igit̃ presul abbas ⁊ prela
tus es recole diligenter eiꝰ solēnia ⁊ cūctos
iube eā colere: qr si eam toto corde amaue
ris nunꝗ a gradu tuo depositꝰ fueris. Jn
memetipo ꝓbaui qd aio. Erubescant om
nino insensati q̄ tantū diē tantaꝗ sacra/
menta ac mysteria tenebris ignorantie ex
cecati respuūt celebrare. eo ꝙ viri ⁊ mulie/
ris copulatio in ꝯceptōe virgīs extitit. Si
eius ꝯceptioneȝ iccirco. ꝙ carnalis extitit
stultis nō placeat hodie celebrare. tn̄ dieȝ
illam ⁊ noctē ꝗuis sit multis incognita. ⁊
tempus ⁊ horam spūalis ꝯceptionis eius
scȝ hodie celebrare delectet. qua ipe aīaꝝ
creator animā sue matris dignā sanctissi/
mo corpi virginali eius angelis mistran
tibus copulauit. Quā etiā diem ꝓmā no/
stre reparatōis ⁊ salutis. dispositor nostre
saluationis inter ceteros dies fecit p̄ele/
git ⁊ sanctificauit. Nam ꝙ sunt due cōce/
ptiones hois oīmibus notum est peritis.
Una spūalis alia carnalis. Una quideȝ
qua carnalis copulatio viri ⁊ mulierꝭ agi
tur. alia qua spūalis anima noua et pura
deo opante corpi diuinitꝰ dat̃ ⁊ adunatur
Si nō placet illis celebrare solēnia conce
ptionis carnalis dn̄ice matrꝭ. placeat eis
colere anime eius spūaleȝ creationē ⁊ cor/
poris animeꝗ copulationē. O quāta est
dies illa qua nostre reparatricis anima di
gna creatur: ⁊ cōsecrat̃. ⁊ sanctissimo cor/
pori vnit̃. Non est verus amator virginis
qui despicit colere diem eius conceptiōis.
Erubescant iterū insani qui hanc diē co/
lere nolunt iccirco ꝙ aliorum sanctorum
conceptiones minime colere consueuit ec/
clesia. Maxima quippe rusticitas est eaȝ
alijs sanctis in hoc compare: in qua deus
carnem assumpsit. quā etiam sup oēs san
ctos ⁊ archangelos in celis sublimauit:
Quāuis eīm ceteris sanctis dies concepti
onis eorum nō sit cōcessum vt celebrentur
illi tamē a spiritusancto concessuȝ est que
maior ⁊ excellentior cunctis est. Pulcre et
digne hanc dn̄ationē sup ceteros sanctos
illa debet habere. per quā oīnes sancti san
ctificant̃ et beatificant̃. Dicit̃ eīm christus
sanctussanctorum et dicit̃ hec sancta sctōꝝ
b

Et ſicut ſine more ſummus reruꝫ diſpoſi/
tor ſup omnes ſanctos ⁊ ſanctas illaꝫ di/
gnitatē ei tribuit vt verbū caro factū ꝟgo
conciperet. ⁊ virgo pareret. ⁊ poſt partū vir
go permaneret. ſic ipſe pre omnibus abſꝫ
more hanc dignitatē illi iuſte contulit. vt
conceptionis ⁊ natiuitatis eius ſolēnia ſa
croſctā in ſancta celebrent̃ eccleſia. Quid
longius. Conceptioneꝫ dñice matris cole
re eſt xpi gñationē cōmemorare. naꝫ ꝟgis
marie conceptio. xpi generatiōis eſt linea
Quapropter euāgeliū Liber gñatiōis. hac
die ſicut in natitate dñi ante matutinas
laudes bono more decantamus. ⁊ ad miſ
ſam legimus. Merito igit̃ colit̃ ⁊ filij ge/
neratio ⁊ matris ꝯceptio: qm̄ cōceptio et
natiuitas matrꝭ gñatio ē filij. Celebrem⁹
ḡ dignis officijs alacriter vtranqꝫ conce/
ptionē ſpiritalē ſcꝫ ⁊ humanaꝫ. vt ipi⁹ me
ritis ⁊ precib⁹ a ſecularibus curis ⁊ a cun
ctis vicijs mereamur eripi: ⁊ ad gaudia
paradiſi pduci. pſtante dño nr̃o ieſu chri/
ſto filio ei⁹. q̇ cū pr̃e ⁊ ſpūſctō ⁊ matre ſua
ꝟgine maria viuit ⁊ regnat ds̄ p īfinita ſe
cula ſeculorum. Amen.

Ex ſermone Anſelmi

Principiū quo mūdi ſalus pceſſit mi/
hi ꝯſiderare volenti occurrit hodierna ſo/
lēnitas. q̄ de ꝯceptōne btiſſime matrꝭ dei
Marie multis in locꝭ recolit̃ Nec magni
ponderis eſt om̄e qđ dignitati aut honori
ei⁹ humana laude defert̃. ſi meritis illius
⁊ inſignib⁹ compat̃. Tantoꝝ nanqꝫ bono
rū ꝯſūmatio q̄ p ipaꝫ dñi matrē toti crea/
ture puenerunt videt̃ admonere oēm mē
tē humanā pietatis affectu exordiū ſuum
ꝯſiderare. qꝫ ſublime: qꝫ diuinū: qꝫ ineffa/
bile fuerit. Nec mirū. fundamentū ſiqdeꝫ
⁊ q̄i qđdā ſacrariū ciuitatis ⁊ habitaculi
ſūmi boni i ea ponebat̃. ⁊ māſio lucis eter/
ne ⁊ incorpalis quā corpaliter inhabitarꝫ
ille incorporeus ⁊ incircūſcriptus ⁊ creās
ſit ⁊ viuificans oīa ſpūs. parabat̃ Beata
igit̃ ꝟgo Maria vera mater dei futura ſi
cut eū q̇ ſup̄ oīa eſt incōprehēſibilis veruꝫ
erat hoieꝫ ineffabili modo de ſui ſubſtan/
tia ꝟgo pitura. ac p h̄ in deitatē ill⁹ tranſ
itura. ita non abſurde credi poteſt p̄mor/
dia ꝯceptōis ei⁹ tante dignitatis ſublimita
te pſignata vt humanaꝝ ꝯceptio mentiū
ea plene penetrare nō valeret. Et ideo ei⁹
dē ꝯceptōnis dies feſtiuis laudib⁹ a cūctꝭ
fidelib⁹ merito celebret̃. De ipa q̇ppe mł/
tis ſeculis ante ortū e⁹ Eſaiā ſpūſctō affla
tū dixiſſe ꝯſtat. Egredieť virga de radice
yeſſe: ⁊ flos de radice ei⁹ aſcendet: ⁊ requi/
eſcet ſup eū ſpūs dñi. Hec itaqꝫ ꝟgo q̄ta/
lē ex ſe pduxit florē nullo diſſentiente virgo
maria fuit. Et flos q̇ de radice ei⁹ aſcēdit
bñdictus fili⁹ eius. ſup q̇ ⁊ in quē oīs ple/
nitudo diuinitatis eſſentialiter requieuit
Hec igit̃ virgo tanti filij digniſſima parēſ
cū in aluo ſue parentiſ naturali lege conci
peret̃. q̇s nō cōcedat dei ſapientiam a fine
vſqꝫ ad finē pting entē cuncta implentem
cūcta regentē nouo quodā ⁊ ineffabili gau
dio celū ⁊ terrā ⁊ oīa que in eis ſūt pfūdiſ
ſima ac ineffabili iubilatōe p ſua reinteḡ
tione quā p illā ſibi euenturā diuina ⁊ oc/
culta inſpiratōe p̄uidebāt pluſtraſſe. Sꝫ
cū ipa ꝯceptio fundamentū fuerit habita
culi ſūmi boni ſi pcti alicui⁹ ex p̄me p̄uari/
catōnis origine maculā traxit. q̇d dicem⁹
vtiqꝫ diuina voce dicitur ad Hieremiam
priuſqꝫ te formarē in vtero noui te. ⁊ ante
qꝫ exires de vētre ſanctificaui te. ⁊ pphetā
in gentib⁹ dedi te. De Johanne qꝫ angel⁹
qui eum naſciturum prenunciabat aſſeru
it qꝫ ſpirituſſancto replebit̃ adhuc in vte/
ro matris ſue. Si igit̃ Hieremias qui in
gentibus erat ppheta futurus in vulua eſt
ſanctificat⁹. ⁊ Johes dñm in ſpū ⁊ virtu/
te Helie preceſſurus ſpūſācto eſt ex vtero
matris repletus. quis diſſerere audeat to
tius ſeculi ppiciatorium ⁊ vnici filij dei oī
potentis veruꝫ ⁊ dulciſſimū reclinatorium
mox in ſue conceptionis exordio ſpirituſſā/
cti gratia illuſtratione deſtitutū: Teſtan
te ꝟo ſacra ſcriptura vbi ſpiritus domini
ibi libertas a ſeruitute. Igit̃ omis peccati
liberrima fuit que omniū peccatoꝝ propi
ciatori aula in qua ⁊ ex qua perſonalit̃ hō
fieret. ſpirituſſancti preſentia ⁊ operatione
conſtruebatur.

Ex decreto concilij Baſilienſis:

Sacroſancta generalis ſinodus Ba/
ſilienſis in ſpirituſancto legitime congre/
gata. vniuerſalē eccleſiam repreſentans.
ad perpetuam rei memoriā. Elucidanti⁹
bus gratie diuine myſteria mercedem glo

riosam repromisit eterna dei patris sapiē/
tia dum ait. Qui elucidāt me vitā eternā
habebunt. Quod etiam de gl'iosa ꝟgine
que ip̄am patris sapientiā dei filiū eternuz
in vtero ptulit ac mūdo pep̄it sacrosancta
legit ecclesia. Nā q̄cq̄d de dignitate ꝛ sbli
mitate virginis matris educit̃ in lucez. h̄
nō dubiū est ad laudē ꝛ honorē filij sui pti
nere. Et q̄ honorificāt gratiam et sanctita
tez matris honorificāt ꝛ elucidant gl'iosuz
nomē filij ei⁹. q̄ ip̄az sctificauit ꝛ repleuit
gr̄a. Vn̄ si in ceterꝫ reb̄ elucidatio ꝟitatis
q̄ a dn̄o deo est p̄clara merita pturit. in ea
re spēal'r fruct⁹ vberrimos inferre spectan
da est q̄ sctificationē ꝛ dedicationē templi
illi⁹ ꝯcernit. in q̊ ante secl'a anteq̄ꝫ terra fie
ret. ꝛ ab eterno māsionē sibi ordinauit p̄/
ma ꝛ eterna veritas. Jdcq̄ꝫ maxime ꝯgru
it. vt pax habeat̃ i q̄stionib̄ ꝯcernentibus
sctitatē illi⁹ p quā pax diffusa est in terris.
Atten⁹ ꝟo difficilis questio i diuersis mū
di ptib̄ ꝛ corā hac sctā sinodo sup cōcepti
one ip̄i⁹ gl'iose ꝟginis Marie matrꝫ dei ꝛ
exordio sctificatōis e⁹ facta ē. q̄busdā dicē
tibus ip̄az ꝟginē ꝛ e⁹ aīaz p aliq̄d tp̄s aut
instans tp̄is sbiacuisse actual'r originali
pctō: alijs aūt ecōuerso dicētib̄ a p̄ncipio
creatōis sue deū ip̄am diligēdo gr̄az eidez
ꝯtulisse. p quā a macula originali illaz be
atissimā p̄sonā liberans ꝛ p̄seruās subli/
miori sctificatōnis genere redemit cū fun
daret eā ip̄e altissimus: ꝛ ip̄am fabricaret
fili⁹ dei patris vt esset mater eius in terris
Nos igit̃ ꝟo diligent̃ inspectis autoritati
bus ꝛ rōnibus. q̄ iā a plib̄ ānis i publicꝫ
relatōib̄ ex pte vtriusq̄ꝫ doctrine corā hac
sancta sinodo allegate sūt. alijsq̄ꝫ plurimis
sup hac re visis ꝛ matura cōsideratōne pē
satis. illā doctrinā differentē gloriosam ꝟ/
ginē dei genitricē preueniente ꝛ coopante
diuini muneris gr̄a singulari nunq̄ꝫ actu
aliter sbiacuisse originali pctō: sed imunē
sp̄ fuisse ab oī originali ꝛ actuali ruga. san
ctāq̄ꝫ et imaculatam. tanq̄ꝫ piā ꝛ ꝯsonam
cultui ecclesiastico fidei catholice: recte ra
tioni: ꝛ sacre scripture. ab omnibus catho
licis approbandā fore tenendaz. ꝛ ample
ctendam diffinimus ꝛ declaramus. nulli
de cetero licitum esse in ꝯtrarium p̄dicare
seu dicere. Renouantes p̄terea institutio/
nem de celebranda eius conceptione que
tam per Romanam q̄ꝫ alias eccl'ias. VI
ydus decembris antiqua ꝛ laudabili con
suetudine celebrata est. statuimus et ordi/
namus eandem celebritatē prefata die in
omnibus ecclesijs monasterijs ꝛ ꝯuenti/
bus christiane religionis. sub noīe conce/
ptionis festiuis laudibus celebrandā esse
Cūctisq̄ꝫ fidelibus vere penitentibus ac
confessis eadem die missaruz solēnijs cen
tum: primis aūt ꝛ secundis vespeis ꝛ ma
tutinis totidē. sermoni ꝟo verbi dei ea festi
uitate interessentibus centū quinquagin
ta dies concessione perpetuis temporibus
duratura de iniunctis sibi penitentijs hec
sancta sinodus elargit̃. Datuz in sessione
nr̄a publica i maiori eccl'ia Basil solēnit̃
celebrata. XV. kal'. octobris. anno a nati/
uitate dn̄i. MCCCCXXXIX.

Sequūtur miracula de conceptio
ne btissime virginis Marie.

Ad informationē deniq̄ꝫ huius verita/
tis de conceptione btissime virginis gent
tricis dei inueniūt̃ plura scripta miracu/
la in libro q̄ dr̄ ꝯfensoriū ꝟgis a ꝑpenso ca/
thenis in pluribus liberarijs. fuitq̄ cōpo/
situs circa annuz dn̄i. MCCCXC. Vbi
sic scribit̃. Quidam baccalarius format⁹
de ordine carmelitarꝫ in quadam disputa
tione facta parisius in scolis vni de ordi/
ne predicatorum retulit quomodo tempo
re cancellariatus magistri iohānis de tole
tecum in prouincia Bohemie in ciuitate
cracouiensi quidā frater predicatorꝫ i am
bone predicasset ꝯpl'o virginem gloriosam
in pctō originali conceptam. subito corru
it: ꝛ portatus ad locum habitatōnis sue
paulopost obijt. Hec asserebat referenti/
bus viris honorabilibus magistris in the
ologia. scꝫ Heinrico de hassia ꝛ magistro
Heinrico de huta: ꝛ mgr̄o Johāne de bo/
lonia doctore in medicina ꝛ baccalario in
theologia. qui hec se vidisse ꝛ interfuisse di
cebant. Ex his ꝯclusit dictus baccalari⁹
q̄ꝫ credebat istā opinionē de originali vir
gine post tanta miracula esse sufficientem
in fide. Item venerabilis doctor Girol
dus de piscarijs ordinis minorꝫ hu⁹ pte
conclusionis aduersarius existens. cuꝫ sel'
in sermone de conceptione contra sa ram

virginē diutius p̄dicasset. finito sermone
missaȝ suã deuotissime celebrans. eleuati
one corpis xp̄i facta: eadē virgine sibi pre
sentialr apparēte correptus fuit: ⁊ spēbus
panis ab altari sblatis inquit ṽgo. Qua
fronte corpus de me sũptũ sumere vis fratr
inique. quē hodie tã verbꝭ q̄ȝ factis volũta/
rie maculasti. Ipo aũt magnis gemitibus
petēte veniã. eucharistia sibi reddita fuit.
missaȝ finiuit. ⁊ imediate ascēdens pulpi/
tũ qđ in p̄mo sermõe ꝯtra virginē dixerat
reuocauit. ⁊ miraculũ referēs ad longũ fe
cit sermonē. sicut ego ipse habui a pluribꝫ
fide dignis. Itē i ciuitate ydoni cũ q̇dã
fr ordinis p̄dicatoꝝ ⁊ vienensis natõis đ
materia ꝯceptõis corã magro odonij cãpa
neñ. ordinis btē Marie rñdere deberet.
magno ppl'o ꝯgregato in eccl'ia cathedra
li monachoꝝ dicte ciuitatis. ⁊ cũ positõeȝ
suã dictꝰ frater dicere vellet. a deo mirabi/
liter tactus q̄i mutus ⁊ amens factꝰ ē. De
portatꝰ aũt p fres suos ad locũ religionis
eoꝝ octaua die eadem amentia ꝯtinuata
mortuꝰ ē. sicut habui ab illis q̇ pñsentialr
affuerunt. Itē in villa brine lemonisceñ.
diocesis quidã lector de ordine p̄dicatorũ
istũ articulũ ꝯceptõis ita odiosum hñs vt
nunq̄ȝ sermonē faceret q̇n ṽginē ꝯceptam
in originali pctõ diceret ⁊ fundaret in suo
ꝯuentu. quadã die solēni in q̄ sermonē de
dicta materia fecit. ipo intr fres suos. ma/
gno ppl'o pñte ad diuinũ officiũ existēte. q̇
dã lupus a siluis veniēs vsq̄ȝ ad ꝯuentuȝ
istũ secrete accedens. dimissis pꝰis ⁊ ma/
gnis vsq̄ȝ ad choꝝ ascēdit ⁊ dictũ fratrē p
guttur arripiēs interfecit. Sic pisius ⁊ in
ipa terra clara fama ⁊ publica attestatur.
Hec in dicto libro q̇ defensoriũ ṽginis di
citr plenꝰ ꝯtinentr. Illud aũt intr alia mi
racula merito mirandũ venit. qđ quidem
Alexander de ales doctor in theologia fa/
mosissimꝰ sibi accidisse r̄fert in libro ab eo
dem composito. qui dicitr mariale. cõtinēs
sex libros partiales. in quibus diuersa ca/
pitula sunt. cuius primũ capituluȝ intitu
latr de genealogia beate virginis. et incipit
Sancta ⁊ sup laudabilis semper virgo di
genitrix Maria ab eterno prouisa. Inter
alia aũt li. III. huiꝰ voluminis capitl'. vlt.
quod intitulatr de ꝯceptõe beate virginis
⁊ incipit. Fiat lux. Post responsionem ad
quandam iniectionē dicentiũ virginē cõ/
ceptam fore copula maritali. dicitr sic. Nõ
ne possibile est vt talis actio ad inspiratio/
nē spiritussancti perpetrata. ⁊ speciali pre
cepto completa absq̄ȝ omni peccato exerce
atur. Sequitr post pauca. Ego ipse q̇ hec
scribo dũ publice legerem in theologia ve
hementer erraui asserendo ꝙ dies cõcepti
onis beate Marie celebrandus nõ esset.
Unde ⁊ quolibȝ anno illa die legere docere
ueram sicut ⁊ in profestis diebus cõsueue
ram. Sed protestor solennissime q̄ȝ repen
tino morbo vexatus fui Uxonie singulis
annis illa die. ita ꝙ nullo modo illa die su
sceptũ magisterij officiũ exequi valerem. si
ue casus ageret. siue diuina voluntas. quis
q̄ȝ considerare potest. Sed ⁊ viri pruden/
tes qui me tũc tempis in scolis audierunt
me secrete corripuert. eo ꝙ ipugnare velle
videbar diem festum celebrantes cõcepti
onis beate virginis. Ego ṽo doceo assero
⁊ credo illos bene vidisse. ⁊ potius in hoc
cõmendandos fore: qui pie ⁊ deuote sepe/
dictũ festũ celebrare satagunt in honorem
perpetue virginis marie. Hec ille. Of
fert se preterea illud cõmemorandũ. ꝙ cuȝ
sup hac materia de sancta conceptione be
atissime virginis fierent publice disputa/
tiones coram sancta sinodo Basilieñ. q̄ȝ
plures ex patribus interessentibus retule
runt singularia beneficia miraculose a dõ
recepisse ob deuotionem quam habebant
ad celebritatem de hac sancta conceptiõe
beatissime virginis. Inter quos aũt reue/
rendus in christo pater ⁊ dñs Bernardꝰ
episcopus montis Albani die sabbati. xxi
aprilis. anno a natiuitate dñi. MCCCC/
XXXVI. quãdo prima allegatio facta fu
it publice de hac materia retulit qualiter
eo equitãte sup pontez fluuij qui est inter
ciuitatē ebredineñ. ⁊ opidũ sancti Crispi
ni. ipse pons erat ruptus in medio eo loco
sup flumen vbi erat nauis piculũ habēs
vnũ magnuȝ foramen: ⁊ eo inaduertente
equus queȝ equitabat transiens ex illa p
te vbi pons ruptꝰ erat. posuit duos pedes
anteriores sup dictum foramen vacuum.
Cunq̄ȝ rueret in preceps ad aquam. ⁊ iam
q̄ȝ caput eq̇ eēt q̄i infra pontē: ꝯcussus pa/

uoce magno inuocauit beatissimā vginē in auxiliū suū. vouēs celebrare annuatim festū de sua sancta cōceptione. ꝛ nesciebat referre qualiter exiuit. sed statim absqꝫ lesione aliqua sui ꝛ equi vidit se positū in securo ab altera pte foraminis. Unde extunc maiori semp cum deuotione continuauit celebrationē dicte festiuitatis. Itē magister Johānes roreti canonicus aniciē. in sermone ab eo facto de hac celebritate coram sancta sinodo Basilieñ. anno dñi. M.CCCCXXXV. inter alia miracla retulit de dño hexlia ď lestrangijs episcopo dicte ecclesie. aniciē. prime defuncto. ꝙ cuꝫ dictus reuerendus pater in vniuersitate Tholosana in die celebritatis conceptionis beate Marie virginis cōtra hanc sanctā conceptionē pdicare decreuisset. ꝛ priusqꝫ ascenderet ambonem solito more fundaret orationē ante altare ad virginē mariam. Et eo ibi existente omnes orōnes et puncta que ꝯtra cōceptionē virginis cōceperat subito de sua memoria euanuerunt oppositis ꝛ ꝯtrarijs in eadē fixe pmanentibus. Coactusqꝫ est ad confusionem vitandam oppositum sui primi ꝓpositi predicare. Quem casum vt sibi contingeret ad exaltationē virginis q̄diu vixit priuatim ꝛ publice freqntius enarrauit. Itē aliud assertū est ꝙ barchinone in monasterio beate marie de mercede consuetudo est p̄fate q̄ in diebus pasche ꝛ paucis maximis festiuitatibus omī die tribui fratribꝫ panes rēcētes coctos eadē die sūmo mane. Qua dā aūt vice cū i diebꝫ festiuitatis ď sancta conceptione virginis pistor pregallet massam velletqꝫ ex ea panes formare discooperiens reperit eam q̄si esset coagulatus sanguis. respersa nigredine. aut lutum ad moduꝫ ceni. Diuulgataqꝫ postea noticia miraculi huiꝰ publice ordinatuꝫ est per ciuitatē suo municipali statuto ꝙ ea die cōceptionis nō incendanť furni. ꝛ ita in eadē ciuitate obseruať ꝯtinue vsqꝫ in hodiernū diem. Preter hec aūt tēpe Johis regis arrogonie bone memorie qui circa annos dñi. M.CCCC. regnauit in regno arrogonie. habita pmo coram ipso solēni ꝛ publica p plures dies disputatione inter defensores virginee innocētie ꝛ assertores maiculę originalis. regis ordinatione statuta est solēnis cōfraternitas deuotoꝝ hmōi festiuitatē de conceptione beatissime virginis celebrantiū. quoꝝ primus confratꝝ fuit ipse rex arrogonū. Et ordinatū fuit ꝙ annuatim ea die fieret solennis processio ad laudem ꝛ gloriam huius festiuitatis. Demū de anno dñi. M.CCCCIX. cū ipso die beate Marie virginis in ecclesia Gerundieñ. predicasset de preseruatōne ab originali macľa frater Johes de Rota ordinis minoꝝ sacre theologie professor. obqꝫ hmōi sermonē inquisitor quidam heretice prauitatis de ordine predicatoruꝫ detulisset eum in iudiciū fidei existente in ꝓdicta ciuitate Barchinoneñ. successore immediate dicti Johis martino rege arrogonie. habita fuit inter predictos de mandato ac in presentia regis solēnis ac publica disputatio. Qua finita prefatus rex in signū victorie posuit sup caput predicti Johānis sertū viride vernantiū foliorum. sicqꝫ insignitus vna cū tubicinis fuit honorifice associatꝰ p dictam ciuitatē aliasqꝫ ciuitates ꝛ opida circumiacentia. precone regis clamante ꝙ nemini de cetero in oībus regnis suis ꝛ dominijs liceret asserere. vel dogmatizare ꝯtra hanc doctrinam de sancta ꝛ pura cōceptione beate virginis continueqꝫ iminente hmōi festiuitate fuit postea obseruatū ac vt cōmuniter obseruať de die in dies. Itē Basilee die lune sexto mensis octobris anno a natiuitate dñi M.cccc.xxxviij. in manibus iudicis fidei deputati p sanctā sinodū fuit testificatum etiam cū iuramento ꝙ nono die mensis septembris. anno dñi. M.cccc.xxviij. i ciuitate minorisse quidā Franciscus mileti canonicꝰ ecclesie collegiate dicte ciuitatis viceñ. diocesis. cū in extremis ageret ꝛ iaꝫ q̄i mortuus appareret. sic postqꝫ fuerat i agonia ꝛ extasi. magno cuꝫ suspirio clamauit in hec verba. O virgo maria. Ita igiť est ꝙ ppter hoc ego eram cōdēnatus Tu scis ꝙ ego a meipso non habui. Statimqꝫ vocans ad se priorē predicatoꝝ ꝛ confessoreꝫ monialiū sancte Clare. dixit publice corā predictis ꝛ alijs astantibus ꝙ cōburerent certas conclusiones ꝛ vnuꝫ tractatum de conceptione virginis in peccato originali

quem ipe audierat cum esset studens. Ni
si fuisset als deuotus virgini marie ꝛ ipsa
eidem subuenisset. ob hoc erat cõdemna/
tus in diuino iudicio. Ideoq ipe firmiter
credebat eam fuisse conceptam absq ori/
ginali peccato. Fuerũt preterea corã
dicta sancta sinodo Basiliensi a multꝫ pa
tribus omni exceptõne maioribus ꝗ plu
ra alia de hac sancta conceptione narrata
miracula. etiaꝫ in sermonibus publicis fa
ctis de hac solennitate. sed nõ tam cura at
tendere fuit ad illa nec redigere in scriptꝫ.
Illud aũt fiducialiter licet asserere ꝙ cuꝫ
de anno dñi. Mccccxxxix. vigeret grauis/
sima pestis in ciuitate Basilieñ. vbi dicta
sancta sinodus celebrabat. eo ipo q̃ fuit fa
cta de hac materia sinodalis diffinitio per
sacrũ ꝯciliũ declarando in sua solenni ac
publica sessione doctrinã istam differentẽ
gloriosaꝫ dĩ genitricẽ Mariã nunq actu
aliter subiacuisse originali peccato. sed im
munẽ semp fuisse ab originali ꝛ actuali
culpa sanctamq ꝛ imaculatã. tanq piã
ꝛ ꝯsonam fidei catholice recte ratõni ꝛ sa
cre scripture ab omibus catholicis appro
bandã fore tenendã ꝛ amplectandã. nul/
li decetero fore licitum in contrariũ predi
care siue docere: imediate patres qui erãt
in ꝯcilio ac tota ciuitas experimẽto palpa
bili celesti q̃ miraculo senserunt auxiliuꝫ
diuine misericordie. equidẽ remissa est ac
cessauit statim que plurimũ ante vexabat
acerbissima pestis. Preterea cũ de hac
sinodali diffinitõne ꝗ plurime bulle expe
dite fuerant ꝛ ad diuersas mundi partes
destinate. p literas fide dignas significatũ
est in generali congregatione ꝙ in ṕncipa
li conuentu ordis cluniaceñ. tpe quo inibi
presentata fuit vna ex dictis bullis: taꝫ de
religiosis ꝗ alijs ꝑsonis dicti conuentus
infirmabant de dicta peste quasi XXX. ꝑ/
sone. Et statim cũ dictã bullã receperũt, p
cessionaliter magna cũ deuotõne. agẽtes
gratias deo, p ipsa declaratõne ad laudeꝫ
perpetuam virginis gloriose qui infirmi
tunc erant ꝯualuerunt. cessauitq ammo/
do in dicto cõuentu, p illo anno pestilentie
morbꝰ. Multa etiã alia merito digna ad
miratõne ad gloriam virginis que predi/
ctã veritatẽ confirmãt similiter de hac di/
cta fuere. sed intentõnis fuit nõ oĩa sed ex
multis dicere pauca. Et sic omibus con/
stat ꝗ singularissime deus filius virginis
beatissimã genitricẽ suã magnificare dig/
tus est frequẽtatis miraculis que de veri/
tate sancte conceptionis sue sũt testimoni
um dñi fidele sapientiã ꝑstãs paulꝰ amen

CLXXXIX

De sancta Odilia

Odilie virginis pater
adalricus siue athicus. mater
ꝟo berhsuindis siue ꝑsinda vo
cabat. ex nobilissimo francoruꝫ
gñe orti. Athicus em̃ totius burgũdie siue
Alsacie sub Childerico rege ṕncipatũ ha
bebat. in cuiꝰ etiã finibꝰ monasteriũ sancti
monialiũ i honore sctẽ marie sꝑ ꝟgis in sũ
mitate montis q̇ vocat Hohenburg ad dĩ
seruitiũ ꝑagendũ maxio sumptu ꝛ ornatu
ꝯstruxit. Huiꝰ vxor ꝑsinda filiã cecã pepe
rit. Pat aũt ꝓpter nimiã verecũdiã ipaꝫ oc
cidi iussit. Sed mater ipam cuidã ancille
sue alendã cõmisit. Que eã ꝑ annũ nutri/
uit ꝛ postea iubente matre ꝓpter murmur
ꝓplĩ lõgissime cũ puero fugit ad locũ q̇ dr
palma. Ubi cũ ipaꝫ puellam nutriret. do
minꝰ ihs xps epo erardo de ꝑtibus baua
uarie apparuit dicens. Uade ad quoddã
monasteriũ qd dr palma. ibi iuenies puel
lã a natiuitate cecã. quã baptizabis nomẽ
Odilia iponẽs ei. ꝛ mox pꝰ baptismũ visũ
recipiet. Quo facto cũ oculos eiꝰ chrisma
te liniret visũ clarissime recepit. Hec ab ĩ
fantia se dei seruitio sbdidit. vigilijs ꝛ orõ/
nibus ieiunijs ꝛ elemosinis die noctuq in
sistẽs. Habuit aũt virgo frẽꝫ in domo pa
tris cui scṕsit eplaꝫ globo coccineo iuolu/
tam. ꝛ ꝑ quẽdã ꝑegrinũ sibi misit. vt eam
patri recõcilians reuocaret. Et cũ frater d
hoc patri loqueret. precepit ei vt de cetero
non plus de hoc cogitaret. Sed iuuenis
eam vocauit patre ignorante. Dum itaq
dux in cacumine montis sedens videret
currũ venientẽ quesiuit q̇d hoc esset. Cui
filiꝰ. Odilia filia tua. Sꝫ heu pat iracun
dia motꝰ cũ baclo quẽ manu tenebat filiũ
tantũ verberibus castigauit ꝙ infirmatꝰ
fuit de qua etiã egritudine obijt Pater ve
ro sup imanitate criminis. penitens de ce

tero in monasterio ꝑmansit. Tūc pat̃ ius/
sit filie tm̄ de die stipendiū vni⁹ ancille da
ri. Cū sic Odilia mltis dieb⁊ in miseria vi
te esset pater miſc̄dia mot⁹ sup̱ eā. ꝑdictū
monasterium cū oibus appendicijs suis illi
tradidit. Et post pauco tp̱e supuiuēs ꝗ de
fūctus est. Odilia sciēs prē suū in purga
torio vri. i late mōtis vbi nūc clastrū est situ
tantū ⁊ tā lacrimabiliter orauit ꝙ celū su
per euz apertū est. ⁊ lux magna circūfulsit
eā ⁊ vox dicit ei. Propter te liberatus ē pa
ter tu⁹. ⁊ in choro patriarcharū collocād⁹
ab angelis ducit̃. Cōfluebāt ḡ a d eā virgi
nes nobiles non pauce. ꝗꝝ spūalis mater
effecta in dicto monasterio ad exemplum
sui deo seruire instituit. Habuit em̄ sub re
gimine. CXXX. moniales. Inuitauit an/
gelos precib⁊. ⁊ ꝗcꝗd a deo postulauit sine
mora ꝑcipe meruit. Hec btā ꝑter dies fe/
stos nihil comedit nisi panē ordeaceū ⁊ le
gumina. Pellis vrsi fuit ꝓ lecto. lapis ꝟo
ꝓ cussino. Quia mons alt⁹ vbi cenobium
odilie sitū ē fecit paupes ꝗrentes elemosy
nā ⁊ ꝑegrinos nimis laborare. fecit inferi
us mōasteriū ꝓ hospitali. Qui loc⁹ sorori/
bus tm̄ placuit vt etiā ibi cōuentū institu
erent. In noie pr̄is ⁊ filij ⁊ spūsancti. pro/
pria manu tres tilias plantauit: ꝗ vꝫ nūc
valde vtiles sunt in calore. Orando vas
oīno vacuū impleuit vino. cū quedā soror
inter diuina officia vasa esse vacua vidit.
Itē qr in baptismo visū recepit: spēalr be/
atū iohēz baptistā venerabat̃. Qui iohā/
nes baptista ei in visu apparuit. sibiqꝫ ora
toriū fieri ꝑrecepit. Odilia aūt quadā no
cte se dedit orōni sup̄ petram vbi nūc ma/
gna crux lignea locat̃ ob memoriā tāti mi
raculi. ibi iohēz rogabat ostēdere sibi mo/
dū edificij. Qd̄ ⁊ fecit. Johes ei i forma ꝗ
xp̄ꝫ baptizauit. i maxia claritate sibi appa
rēs eccie locū lōgitudinē ⁊ latitudiēz oñdit
⁊ ꝯstructā dedicauit. Qd̄ vidit vna soror
lucē vicꝫ. sꝫ iohēz nō vidit. Cui odilia ihi
buit ne ante ipi⁹ obitū alicui visionē maife
staret. In ichoatōne claustri scti iohis bo
ues cū plaustro lapidū cadūt de mōte. qui
hꝫ i altitudine. LXX. pedes ⁊ illesi obuiāt
seruis ascēdēdo iterū onerati. Venerāt em̄
fui cū gaudio ipos occidere. vt ñ eēnt cib⁊ ꝑ
miū sꝫ hoīꝫ ⁊ iuenert̃ illesos. Habebat āt

fratrē qui tres filias habuit. eugeniā. atta
lā ⁊ gundelindā. ꝗ etiā mōm reliqrt̃. Odi
lia suā nutricē ꝓprijs manib⁊ sepeliuit. Et
p⁹ LXXX. ānos sepulcro apto dextera ma
milla nutricis ꝗ eā lactauerat integ̃ ꝗ̃ vni
us diei inēta ē. reliq̃ corpe icinerato. P⁹ plt
ma ꝟtutū isignia odilia sciēs finē sibi a deē
ꝯuocatis ad se sororib⁊ a pō sctm̄ iohēz ꝑdi
cauit eis. Et rogauit eas orare ꝓ ser patre
suo. P⁹ h ꝑcepit eis vt irēt i oratoriū mr̄is
dei marie ⁊ legerēt psalteriū. Interim dū
hec fierent ipsa obijt sola. tantusqꝫ odor
ibi fuit ꝗ̃ oēs domus plene eēnt aromati
bus. Redeūtes sorores cū viderēt matrez
suā sine eucharistia defunctā adeo instan
ter orauerūt ꝙ de morte suscitata eis dixit
Cur me inqetastis. lucie ꝯiūcta fui ⁊ illō
gaudiū habui qd̄ ocul⁹ nō vidit nec auris
audiuit nec i cor hoīs ascēdit. Respōdert̃.
Nobis fuisset ꝯfusio dña. si absqꝫ cōmuni
one sacra obijsses. Tūc odilia calicē alla/
tū in ꝗ erat corp⁹ ⁊ sanguis xp̄i ꝓprijs ma
nib⁊ ꝯtrectauit ⁊ cōicauit: ⁊ oib⁊ cernētib⁊
emisit spm̄. Ipe aūt calix in Hohenburg
ob memoriā venerabilis facti acten⁹ ꝑma
net. Celit⁹ ei credit̃ illuc ꝑuenisse. Tc̄ corp⁹
ei⁹ ante altare scti iohis honorifice sepelit̃
⁊ odoris fragrātia vsqꝫ in octauaꝫ diē ibi
manebat. Martyri lucie ideo ꝯiūcta fuit
qr ipa odilia duob⁊ modis martyr fuit vo
lūtate ⁊ carnis maceratōne.

CXC
De sctō Thimotheo

Sancti Thimothei ro/
me celebrat̃ natalis qui ab anti
ochia romā veniēs. sb̄ melchia
de papa a Siluestro presbyte/
ro qui postea epūs vrbis effectus est. susce
ptus est officio. qd̄ facere tūc tp̱is etiā ipsi
pontifices formidabāt. Siluester ꝟo non
solū hospicio eū recep. ſſe gaudebat sed eti
aꝫ timore abiecto tam vitā qꝫ doctrinā e⁹
laudabat. Qui ꝑ vnū annū ⁊ mēses tres
docēs xp̄i veritatē. cū mlti ꝑ eū ppli ꝯuer
si fuissent: dig n⁹ martyrio: tētus a pplo pa
ganorū ⁊ traditus tarquinio vrbis ꝑfecto
tormētis plagaruꝫ ⁊ carceris longa custo
dia macerat⁹. cū sacrificare noluisset ydo
lis ꝗ̃ bonus athleta dei tercio cesus inter

homicidas decollatus est. Quem sanctus Siluester nocte ad domũ suaꝫ tulit. ibiqꝫ sanctũ Melchiadẽ episcopũ venire fecit. Qui cũ oĩbus presbyteris ⁊ dyaconibus ꝑ totam noctẽ in laudibus ꝑmanẽs eius martyriũ dedicauit. Quedã aũt christianissima mulier nomine Theone. in orto suo iuxta sepulcrũ Pauli apostoli rogauit memoratũ papam. vt suo sumptu sepulcrũ edificãs sancti Thimothei corpus exciperet. Quod factũ placuit omnibus christianis vt hui⁹ nomĩs martyr. i. Thimotheus Paulo apostolo ꝓ eo quoniaꝫ discipulũ q̃ndã habuit in sepultura adhereret

CXCI.

De sancto Fabiano

Anctus Fabian⁹ rexit Romanã ecclesiã multis ãnis ⁊ tandẽ temporibus Decij passus est. Iste dũ eligeret ad pontificatũ vrbis Rome. spũssanctus in specie columbe multis visus est apparuisse. Iste passiones sanctorũ que neglecte fuerãt a notarijs fecit excipi ⁊ scribi ⁊ multas ecclesias per cimiteria sanctoꝝ fabricari fecit quas ⁊ dedicauit. Hic ĩstituit vt chrisma vetus cremaret ⁊ nouũ omni anno in cena dñi consecraret. Alia require in festo beati Fabiani ⁊ Sebastiani martyrum.

CXCII

De sancto Bonifacio martyre.

Assio sancti Bonifacij martyris sub Dyocleciano ⁊ Maximiano apud tharsuꝫ ciuitatem passi. sed Rome ĩ via que latina nuncupat: sepulti. Qui cũ esset ꝓcurator rerũ cuiusdam nobilis matrone noĩe aglaes: ⁊ cũ ea in stupro misceret. tãdẽ vterqꝫ diuino nutu cõpuncti ꝯciliũ habuerunt. vt ad requirendũ corpora martyrũ Bonifacius mitteret. si quõ seruientes atqꝫ obsequentes eis ꝑ eorũ orões saluari mererent. Perueniens igit ꝑ dies aliq̃t Tharsum ciuitatem. dixit ad eos qui cuꝫ eo erant Bonifacius. Viri euntes requirite nobis hospitiũ. ego aũt ibo videre eos quos valde desidero martyres certantes. Festinans itaqꝫ ad locũ vidit beatissimos martyres. aliũ suspensuꝫ ꝑ pedes igne supposito: aliũ manib⁹ abscisum. aliũ stipiteꝫ in collo habentem affixum ⁊ a terra eleuatum. ⁊ sic ꝑ diuersa supplicia martyrio ab impio carnifice disposito. cum eminus feruens ⁊ ipse amore christi respiceret. magnũ deum sanctoꝝ martyrũ clamare cepit ⁊ accurrens consedit pedibus eoꝝ deosculans vincula ac dicens. Certantes martyres christi calcate dyabolum. Modicuꝫ ꝑseuerate. paruus quidem labor: sed multa requies ⁊ ĩeffabilis postmodũ satietas. Ista eñ tormenta que ꝓ diuinitatis amore patimini. tꝑalia sunt ⁊ q̃si in momento transeuntia. Post breuissimi tamẽ temporis spaciũ ad perpetue felicitatis vos trãsmitet gaudia. vbi regis vestri visione gaudentes. illicqꝫ celestiũ cantationũ laudes inter choros angeloꝝ ĩmortalitatis decore vestiti referentes. ineterne calamitatis abysso impijssimo vestros videbitis cruciari tortores. Aspiciens aũt Simplici⁹ iudex iussit euꝫ applicari ad tribunal. eiqꝫ dixit. Quis es tu. Sanctus Bonifacius dixit. Christian⁹ sum ⁊ Boni. vocor Tũc iratus iudex iussit eũ suspendi. ⁊ tamdiu corpus eius vngulis radi. donec ossa eius apparerẽt. Deinde calamos acutos sb vngulis manuũ eius affigi. Cunqꝫ sanctus dei martyr celũ aspiciẽs alacriter dolores toleraret. vidẽs ipi⁹ iudex iussit aꝑire os ei⁹ ⁊ plumbũ bulliẽs infundi. Sanct⁹ aũt martyr dicebat gratias ago tibi dñe Jesu xp̃e fili dĩ viui. Deĩde iussit iudx afferri ollam ⁊ eam pice impleri. atqꝫ verso capite santũ martyrẽ in bullientem picem mitti Sꝫ cũ nihil les⁹ eẽt iussit iudex vt gladio caput ei⁹ absciderer. Quo facto tremot⁹ fact⁹ ẽ magn⁹. ita vt mlti infideles ꝟtutẽ christi in martyre cernẽtes crederent. Cõserui ꝓ martyris Bonifacij circuĩbant vbiqꝫ requirẽtes eũ. ⁊ nõ inuenientes. adinuiceꝫ dicebant. Ille modo in adulterio aut in taberna positus. epulat. Cum ergo inter se colloquerẽt ꝯtigit vt obuiaret eis vnus de cõmentariensib⁹. quẽ interrogãt. vidisti aliquẽ virũ ꝑegrinũ romanũ. Ille ait. hesterna die vir ꝑegrin⁹ abscissus ẽ capite ĩ stadio. Et ille interrogat q̃lis erat? spectus ei⁹ At illi dixerũt. Vir q̃drat⁹ ⁊ crassus robusto capillo. coccinea armillasia in

dutus. et dicit ille quem queritis apud nos hesterna die martyrio est finitus. At illi. Hominem quem nos querimus. adulter est et ebriosus. Dicit eis ille. Venite et videte eum. Cumque ostendisset eis beatissimi martyris corpus. et preciosum caput eius dixerunt ei. Iste est quem querimus. petimus ut des nobis eum. qui respondit. Ego gratis corpus eius vobis dare non possum Illi autem dantes ei solidos quingentos. acceperunt corpus sancti martyris. et ungentes eum aromatibus. inuoluentesque lintheaminibus preciosis. posuerunt illud in basterna. et sic reuertebantur gaudentes et glorificantes deum. Angelus autem domini appa rens domine cuidam ipsius rem factam beati martyris indicauit. que confestim cum omni veneratione obuiauit sancto corpori et edificans ei domum dignam. reposuit illud in ea ab vrbe rhomana spacio stadiorum quinque. Martyrizatus est autem bonifacius XIIII die mensis maij apud tharsum metropolim cilicie. et sepultus est rhome nonas iulij. Beata vero aglaes abrenuncia uit mundo et pompis eius. distribuens vniuersa que possidebat egenis ac monasterijs. relaxans vniuersam familiam suam a iugo seruitutis. et ipsa sine intermissione vacans orationibus et ieiunijs tantam gratiam a domino iesu promeruit. vt in eius nomine virtutum claresceret signis. Superuixit autem in habitu sanctimoniali annis XII sepulta apud prefatum martyrem operibus pijs consummata.

CXCIII

De sancta Scholastica sorore sancti benedicti

Soror nanque beati benedicti scholastica nomine omnipotenti domino ab ipso pueritie sue tempore dedicata. ad eum semel per annum venire consueuerat. Ad quam vir dei non longe extra ianuam in possessione monasterij descendebat. Quadam vero die venit ex more atque ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit frater. qui totum diem in dei laudibus sacrisque colloquijs ducentes. incumbentibus iam noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cumque adhuc ad mensam sederent. et inter se sacra eloquia narrassent. tardiorque se hora protraheret. eadem sanctimonialis femina soror eius eum rogauit dicens: Queso te ne ista nocte me deseras. vt vsque mane aliquid de celestis vite gaudijs loquamur. Cui ille respondit. Quid est quod loqueris soror. Manere extra cellam nullatenus possum. Tanta vero serenitas celi erat vt nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem femina cum verba fratris negantis audisset. insertas digitis manus supra mensam posuit et caput in manibus omnipotentis domini rogatura declinauit. Cumque leuaret de mensa caput. tanta choruscationis et tonitrui virtus. tantaque inundatio pluuie erupit. vt neque venerabilis pater benedictus. neque fratres qui cum eo aderant. extra loci limen quo consederant pedem mouere potuissent Sanctimonialis quippe femina caput in manibus declinans. lachrymarum fluuios in mensam fuderat. per quos serenitatem aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est. sed tanta fuit conuenientia orationis et inundationis vt de mensa caput iam cum tonitruo leuaret. quatenus vnum idemque esset momentum et leuare caput et pluuiam deponere. Tunc vir dei inter choruscationem et tonitruos atque ingentis pluuie inundationes videns se ad monasterium non posse remeare cepit conqueri contristatus dicens. Parcat tibi deus omnipotens soror. quid est quod fecisti. Cui illa respondit. Ecce te rogaui et audire me noluisti. rogaui dominum meum et exaudiuit me. Modo ergo si potes egredere. et me dimissa ad monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens. qui manere sponte noluit. in loco mansit inuitus. Sicque factum est vt totam noctem peruigilem ducerent atque per sacra spiritualis vite colloquia sese vicaria relatione satiarent. qua de re dixi eum voluisse aliquid. sed minime potuisse. quia si venerabilis viri mentem aspicimus. dubium non est quod eandem serenitatem voluit in qua descenderat permanere. sed contra hoc quod voluit in virtute omnipotentis dei ex femine pectore miraculum inuenit. Nec mirum quod plus illa femina que diu fratrem videre cu

plebat in eodem tempore valuit. Qr enī
iuxta iohannis vocem. deus charitas est
iusto valde iudicio illa plus potuit q̄ am/
plius amauit. Cumq; die altero eadem
venerabilis femina ad cellam ꝓpriam re
cessisset vir dei ad monasteriū rediit. Cū
ecce post triduum in cella consistens. ele/
uatis in aera oculis vidit eiusdem sororis
sue animam de corpore egressam in colū/
be specie celi secreta penetrare. Qui tan/
te eius glorie congaudens oīpotenti deo ī
hymnis & laudib; gratias reddidit. ei⁹q;
obitum fratrib; denūciauit. quos etiā ꝓ
tinus misit vt eius corpus ad monasteri/
um deferrent. atq; in sepulchro quod sibi
ipe preparauerat ponerent. Quo facto con/
tigit vt quorum mens vna semper ī deo
fuerat eorum quoq; corpora nec separet.
Eodem ꝗ̄o anno quo de hac vita beatus
benedictus erat exiturus quibusdam di/
scipulis secum ꝯuersantib;. quibusdā lon
ge manentib;. sanctissimi sui obitus de/
nunciauit diem. presentib; indicēs. vt au
dita per silentium tegerent. absentib; in/
dicans quod vel quale eis signū fieret.
quando eius anima de corpore exiret. An
te sextum ꝗ̄o exitus sui diem aperiri sibi
sepulchrum iubet. qui mox correptus fe/
bribus acri cepit ardore fatigari. Cumq;
per dies singulos languor ingruesceret se/
xto die portari se in oratoriū a discipulis
fecit. ibiq; exitum suū dñici corporis & san
guinis perceptione muniuit. atq; inter di
scipulorū manus imbecillia membra su/
stentans. erectis in celum manib; stetit &
vltimū spiritum inter verba oratiōis ef/
flauit. qua scilicet die duobus de eo fratri
bus vni in cella cōmoranti. alteri autem
longius posito reuelatio vni⁹ atq; indissi
milis visionis apparuit. Viderūt nanq;
q̄ strata palliis. atq; innumeris choruscās
lampadib; via. recto orientis tramite ab
eius cella in celum vsq; tendebat. Cui ve
nerando habitu vir desuper clarus assi/
stens cuius esset via quam cernerēt inq̄si
uit. Illi autem se nescire ꝓfessi sunt. Qui/
bus ipse ait. Hec est via qua dilectus do
mini bñdictus celum ascēdit. Tūc itaq;
sancti viri obitū sicut pñtes discipuli vi/
derūt. ita absentes ex signo quod eis p̄di/
ctum fuerat cognouerūt. Sepultus ꝗ̄o ē
in oratorio beati iohannis baptiste. quod
destructa ara apolinis ipse ꝯstruxit.

CXCIIII

De sancto Ruperto

Odierna festiuitas
sctissimi ac beatissimi prīs no/
stri ruperti. que eius nobis ī pa
radysum transitū exultabilē reddit. piis
mentib⁹ mystica gaudia exhibet. que dū
annorum cursus inde voluitur. in nostris
cordib; semper retenta iocunditate inno/
uatur. Cum eni dicat scriptura. In mēo/
ria eterna erit iustus. digne in memoriā
vertitur hominū qui ad gaudium transit
angelorū. Cumq; dicat. Gloria patris est
filius sapiens. certe huius sunt glorie qui
tot barbaricas nationes ad agnitionem
dei in christo iesu per euangeliū regenera/
uit. Tempore nanq; hyloperti regis frā/
corum anno. s. regni eius II sanctus con/
fessor christi in wormacia habebat episco
pus qui ex regali ꝓsapia francorū nobilit
ortus. nobilior fide & potestate fuit. Erat
eni mansuetus & castus. simplex & prudēs
in laude dei deuotus. plenus spūsancto. ꝓ
uidus in ꝯcilio. iustus in iudicio. a dextris
et a sinistris. virtutum armis munit⁹. gre
gi suo forma bene agendi factus. quia qđ
verbis monuit. hoc operū prerogatiua cō
firmauit. Hinc eni se frequentib; exerce/
bat vigiliis. inde ꝯtinuatis macerabat
inediis. opus suū misericordia ornabat. q̄
thesauros dispersit. vt sepe egente paupe/
res ditesceret qui suum solum hoc esse cre
didit quod nudus aut inops accepisset.
Cum igitur p̄cellentissima fama hui⁹
viri in fines terrarum exisset q̄ plurimi il
lustres viri. non solum a vicinis sed etiā
ab exteris nationib; ad eius sanctissimā
ꝯfluxerunt doctrinam. vt vel illius sacra
tissimo alloquio in tristicia cuiuslibet an/
xietatis ꝯsolationē suscipent. vel ecclesia/
stice religionis ab eo puram veritatē au/
dirent. Vñ & multi illius benigna deuo/
tione a laqueis hostis antiq̄ liberati sunt.
et vias perpetue vite ingrediebant. Sed
infideles qui plurimi erant in regiōe wor
maciensi illius sanctitatē nō ferētes. mul

tis eum suppliciis affectum ⁊ virgꝭ cesum
a ciuitate cum magna ei ecerunt iniuria.
Igitur eodem tempore theoda dux ba
uaroꝝ audiens beati viri sanctitatē ⁊ mi
racula que faciebat. desiderauit illum vi/
dere. ⁊ missis optimatibꝰ suis obnixe eum
postulabat. quatenus regiones bauaroꝝ
visitare dignaretur. ⁊ eius salutifere credu/
litatis viam insinuaret. Sanctus ꝟo epi
scopus vbi tante legationis postulatiōes
percepit. sciēs hmōi causam ex diuina di/
spensatione ꝓcedere. gratias celesti clemē
tie agebat. ꝙ sedentes in tenebris ⁊ vm/
bra mortis autorem vite lumen verū chri
stum iesum agnoscere optarent. Itaqꝫ cū
eisdem legatis sacerdotes suos quasi ra/
dios fidei ad eundem ducem premisit. et
ipse non longo temporis spacio interposi/
to post eos in bauaroꝝ iter aggreditur. Qđ
dum prefatus dux audisset. magno perfu
sus gaudio. cum ꝓcinctu procerum suorū
obuiam ꝑperauit ⁊ in vrbe ratisbona cum
summa alacritate illum excepit. Tūc ibi/
dem sanctus rupertus indicto ieiunio ce/
lestibus ministeriis ducem informauit. ⁊
in fide vera roborauit. ⁊ idoloꝝ cultibꝰ ab
renunciare fecit. ⁊ in noīe sancte ⁊ indiui/
due trinitatis baptizauit. Baptizati sūt
cum eo optimates sui ⁊ populus non mo/
dicus nobiliū ac ignobiliū. redemptionem
mundi laudantiū. qui eos de tenebris in
admirabile lumen suū vocare dignatꝰ est
Beatum ꝯfessorem christi per cuiꝰ ver/
ba irradiata sunt corda tenebrosa. ⁊ infi/
delium arentia pectora fontem vite sitie/
bat. Baptizato itaqꝫ duce ⁊ populo. q̄ di/
uina illustrante gratia sacramentū salu/
taris lauacri susceperat. obsecratus a theo/
done sanctus rupertus naui ascensa ꝑ al/
ueum danubii descendēdo. vicis ⁊ castel/
lis libera voce euangeliū christi predica/
uit. ⁊ per terminos noricoꝝ vsqꝫ ad infe/
riorem pannoniā ipse clara lucerna super
candelabꝝ posita. lumen fidei mīstrando
peruenit. Indeqꝫ per terram reuersus la/
uariacensiū vrbem intrauit. in qua mul/
tos aqua baptismatis regenerādo ab ido
lorum cultura conuertit. ⁊ plures variis
languoribꝰ oppressos in noīe dñi sanauit.
Lauriaco nanqꝫ digressus. in quocūqꝫ lo

co amplius feruere gentilitatis errorē co/
gnouit. illic intrepidus accessit. destruēs
idola. diminuēs simulachra. cōmendans
vbiqꝫ dñi nostri iesu christi diuinitatē pa
riter ⁊ sacram eius incarnationē. vt vnꝰ
idemqꝫ deus esse crederetur ⁊ homo. ante lu
ciferum a patre deo verus deus genitus. ⁊
sine temporꝫ pro humana salute ex virgi/
ne matre verbum dei verus homo natus
qui illuminat omnē hominē venientem in
hunc mundum. Sed cum iam vir do
mini sm postulationē ducis ⁊ populi sibi
locum ad epalem sedem eligere aptū me/
ditaretur. secus stagnū walarii laci venit
vbi ecclesiam in honore ꝓncipis apostolo
rum petri ꝯstruxit ⁊ dedicauit. Exiit in/
de ad iunarū fluuiū vbi olim iuuano ciui
tas fuit que antiquis mirabiliter extructa
temporibꝰ inter bauaricas vrbes emine/
bat nobilissima. sed tunc raro incola inha
bitante pene dilapsa ⁊ virgultis erat coo/
perta. Quem locum seruus dei ad cathe
dram epalem considerans esse idoneum.
quippe inter montana a populari tumul/
to semotum ꝓprietate huiꝰ a duce sibi tra
dita cum summo studio renouauit. ꝯstru/
ens ibi basilicā quam in honore beati pe/
tri apostoloꝝ ꝓncipis dedicauit. ⁊ clerico
rum officiis rebusqꝫ necessariis munificē/
tia theodonis magnifice dotauit. postea
ꝟo delegato sacerdotū officio omnem ibi
dem quotidie cursum congruo ordine fe
cit celebrari. Sanctus itaqꝫ vir dñi cu/
piens augmētare loca a prefato duce ali/
quem fiscum suū vocabulo dictum pidi/
gen. inter aurum ⁊ argentū cum millenis
comparauit solidis ⁊ sic deinceps deo auxi
liante ex traditione regum siue ducū siue
fidelium virorum loci res accrescere cepe
runt. Porro diebus quidam ꝓbabiles
viri beato pontifici cum magna admira/
tione narrauerūt ꝙ ipsi in heremo q̄ tunc
tempis verbo appellationis caruit. nunc
wongobi dicitur celestia ꝓdigia ardentium
lucernarum ter quaterqꝫ vidissent ⁊ miri
fice suauitatis odore ibi redolere sensissent
Mirantibꝰ autem cunctis q̄ aderāt sup
talibꝰ ꝓdigiis. sanctꝰ eps domningū pſby
terum suū ad eundē locum misit. ꝑcipiēs
vt ꝟitatē huiꝰ signi diligēter approbaret.

pouendo in eodem loco crucem ligneam
quam ipse sanctus sua manu benedixit ⁊
illuc direxit. Dominingus ꝟo cuꝫ illuc ꝑ/
uenisset. statim primo noctis exordio cuꝫ
religiosis qui secum aderant. celitꝰ emis/
sas aspiciebat claras lucernas descende/
re ⁊ totam illam regionem loci instar so/
laris radiꝫ irradiare. ⁊ hanc visionē ꝑ tres
noctes cum suauitate mirifici odoris ibi
viderat radiare. Tunc ipse in eodem lo/
co benedictā crucem erexit ⁊ supꝑfabrica/
to tugurio ad sanctum rupertū regressus
est. priorem assertionē certa relatione con/
firmans. Sanctus rupertus quoqꝫ cō
municans consilio cum theodone per se/
metipsum eandem heremū adijt. ⁊ vidēs
locum humanis habitatiōib9 posse fieri
aptuꝫ annosa robora extirpare. siluarūqꝫ
condensa i planiciē campi redigere. ac ec/
clesiam cum habitaculis seruoꝝ dei edifi/
care cepit. Hisdem tempibus theodo ad
uersam incidit valitudinē. Cumqꝫ sibi vi
te terminū appropinq̄re sentiret. vocauit
ad se theobertum filium suū. ⁊ ducem no
ricorum illum constituit. precipiēs ei obe/
dire sancto ruperto ad christianitatē suā
et ad opus diuinū illum diligenter adiu/
uare sanctumqꝫ locuꝫ iuuanienꝭ ecclesie
amore ⁊ honorib9 ⁊ dignitatib9 iugiꝭ sub/
limare. Cumqꝫ huiuscemodi mandatis ⁊
omnibus quibus voluerat filium instru/
xisset. vltimū diem clausit migrās ad do/
minū. Post hoc ꝟo theobertus cum opti/
matib9 suis ad sanctum rupertum visen
di gratia ire perrexit. ⁊ veniens ad illum
in supradicta heremo locum pio venera/
batur affectu. dans ad ecclesiam quā san/
ctus rupertus ibi ꝯstruxit. ac ipso duce p̄/
sente in honore sancti maximiani dedica
uit. tria miliaria vndiqꝫ de eadem silua. ⁊
villam albinam cum ceteris donatijs in
alimoniā monachoꝝ quos sanctus pōti/
fex ibi deo seruiēdū posuerat. His ita
gestis videns vir dei bauarice dignitatis
culmē iugo christi sese subdidisse. sed gen
tilitatis errore plures inuolutos supꝑesse
ad patriā suam repedauit. ⁊ inde cū XII
ad p̄dicandū sibi socijs electis. inter quos
erant eximij chrysantus cisularius ambo
presbyteri ambo viri sancti. ⁊ secū virginē
christi sanctam erudrudē neptem suā ad
ducens. quasi cum tot luminarib9 ad vrbē
iuuaniensem regrediꝭ. Tunc in superiori
castro eiusdem ciuitatis construxit in ho/
nore dn̄i nostri iesu christi ⁊ sue sancte ge/
nitricis perpetue virginis marie monaste
rium. ⁊ ibidem ꝯgregationem sanctimo/
nialiū posuit sanctam erudrudem ad ser/
uitium celestis regis. atqꝫ cum theoberti
ducis astipulatione qui possessiōes ad il/
lud cenobium tradidit infinitas. earum
ꝯuersationē per omnia rationabiliter di/
sposuit. His ita expletis iste vir beatꝰ in/
ceptum predicationis opus cum summi
opificis adiutorio studens ad perfecionē
perducere. norica regna discipuloꝝ suorū
comitāte caterua circūire destinauit ⁊ ab
vrbe egrediens iuuaniensi. gentes quibꝰ
nondum fidei lumen resplenduerat visi/
tauit ⁊ eis triticum credulitatis. lolio per
eunte seminauit. Nam a cordibus eoruꝫ
barbaricis hospitib9 diabolice deceptio/
nis perfugatis. illuc intromisit fidem. ca/
stitatem. misericordiā. humilitatem. per
quos pacificos habitatores christus om/
nium bonoꝝ largitor ⁊ origo humane mē
tis domiciliū intrare solet. Cumqꝫ sic ba/
uarorum terminos circūiret. ac omnes ad
fidem ꝯuertisset. eos vt in fide stabiles ꝑ
manerent admonuit. ⁊ dimissis presbyte/
ris qui populum ad diuina mysteria con
suescerent. ipse ad vrbem iuuaniensem re/
meare studuit. quia spiritu ꝓphetico reple
tus. diem vocationis sue instare presciuit
queꝫ discipulis suis prenūciauit. Illi tali
et tam tristi iudicio consternati cur eos et
tam nouellam christianitatis plebem de/
sereret. lachrymati sunt Ille spe erecta ad
christum vrbem iuuaniensem ⁊ populuꝫ
noricorum omnipotenti deo commenda/
uit. ⁊ vitalem virum sanctum ⁊ omni po/
pulo acceptum. sibi fieri successorem ele/
git. Cuꝫ ꝟo dies q̄dragesimalis obseruā/
tie agerenꝭ febrium ardore vir dei fatiga/
ri cepit. Cumqꝫ sctissima dies resurrectio/
nis christi illuxisset. solennia missarum ce
lebrauit. ⁊ munitus sacro sancti corporis
christi viatico post dulces paterne pieta/
tis admonitiones. ⁊ post extrema chari/
tatis verba fratres ꝯfirmantia. inꝭ sctās

manus lachrymantiū voces inter pios plangentiū singultus. cetus angelici a q̄busdam religiosis viris in celo audiebantur. qui voce canora animā sanctam ferebant ad eternam felicitatem.

CXCV
De sancto Floriano

Tempore diocleciani sanctus florianus p̄nceps officij militie fuit. de qua q̄dragin/ta milites crediderūt christo. Qui ab aq̄lino prefecto ad partes noricoꝝ. id est. bauaroꝝ destinati. apud lauriatum supplicijs affecti incarcerant. Tunc sanctus florianus vltro se christianū confitetur. ꝛ cū flecti non posset ad cultum idoloꝝum. bis duriter cesus est. ꝛ acutis fustib⁹ scapule eius perfodiunt. Tandem iubet aquilinus vt a ponte in flumine auisi precipitetur. Orat sanctus. student lictores. ſꝫ vn⁹ alijs atrocioꝛ sanctum precipitat. cui⁹ oculi statim videntib⁹ omnibus crepuerunt Martyr ascendens contra fluxum fluuij in magno saxo. Aquila aduolat expā/sis alis i modū cruc̄ tegit corp⁹. matrone deuote sanctus apparuit. Jungit illa animalia ꝛ corpus virgultis inuoluit ne a p̄secutorib⁹ videatur. sed cum estu animalia deficerēt. ad preces femine fons erupit qui vsq̄ hodie fluit. Venientes ergo boues ad locum martyri paratum vltra se mouere non poterant. ibiq̄ sepultus miraculis multipliciter choruscat.

CXCVI
De sancto Erasmo

Acta ē p̄secutio christianoꝝ a diocleciano imperatore. vt si quis inuentus fuisset non sacrificare dijs multis supplicijs interiret. Audiens hoc beatus erasmus fugiens ex antiochia ciuitate heremū petijt. ꝛ habitauit in ea annis septem. vbi in monte libano die ac nocte dn̄m deprecans. multa mirabilia egit. Nam esca ei de celo veniebat per coruum. etiā angeli loquebantur cum eo. Diuerse etiam fere veniebant in cellam eius ꝛ prosternebant se ad vestigia eius. ꝛ facta est ad eum vox de celo dicens. Erasme descende ad tuam ciuitatem. Et statim surrexit ꝛ descēdit ad ciuitatem. Cumq̄ descendisset. multi quidē vexabantur a spiritib⁹ imundis ꝛ occurrebant ei. Tunc beatus erasmus imponebat eis manus in nomine dn̄i. ꝛ statim salui fiebant. Multos etiam per baptismum cōuertebat ad dn̄m. Hoc audiens dioclecianus imperator. iussit beatū erasmum teneri ꝛ presentari sibi. Cūq̄ introduceretur sedente imperatore pro tribunali. interrogauit eum dicens. Quid vis esse aut de quo genere es. Tunc beatus erasmus dixit. Christianus sum: ꝛ ipsum cōfiteor. Erat beatus erasmus non solum spiritu sed etiam corpore pulcher. Vult⁹ etiam eius angelicus. oculi eius tanq̄ radij solis. loquela eius sine vlla offensione. securus respondebat non trepidabat. Et ait imperator. Acquiesce ꝛ sacrifica dijs meis ne male moriaris. Dicit ei beat⁹ erasmus. Hoc imperator nunq̄ ero facturus vt lapidib⁹ ꝛ sculptilib⁹ quibus tuipse similis es ego sacrificem. sed ego sacrifico deo viuo qui fecit celum ꝛ terram mare ꝛ omnia que i eis sunt. ipsi soli seruio ꝛ anima mea. nam tibi nunq̄ cōsentio. Tunc imperator furore repletus iussit ministros plumbatis tundi latera eius. Qui dum cederetur. respexit in celum ꝛ dixit. Gratias tibi ago dn̄e iesu christe qui es via i te credentium. quia perueni ad qnod desiderat anima mea. adiuua seruū tuū vt nō me absorbeat abyssus mortis. Tunc imperator dixit. Erasme video te iuuenem ꝛ pulchrum. consule anime tue ꝛ sacrifica dijs meis. ꝛ dabo tibi aurum ꝛ argentum vestem inestimabilē. ꝛ faciam te nobilem in palatio meo. Dicit ei beatus erasmus Lupe rapax seductor animarum non premia tua seperent me a charitate christi. Nam aurum ꝛ argentum ꝛ vestes tue inestimabiles sint tecum in dies perditionis tue. ego autem habeo loricā fidei quā infernus corrumpere non potest. tu ꝓo cū patre tuo diabolo eris in ignem eternum arsurus. Imperator furore repletus iussit beatum erasmū fustibus mactari. ꝛ ter bīnos mutans. ꝛ in dorso eius nulla macula videbatur. Uniuersa ꝓo plebs clama-

bat dicens. Uere magnus est deus chri/
stianorum qui tantam virtutez operatᷣ in
illo. Imperator dixit ad populū. Errastꝫ
artes maleficorū operatur iste. Dixit bea
tus erasmus. Nonne ⁊ tu diabolus es si/
milis illi qui primo ꝓthoplastum de pa/
radyso proiecit. Imple carnifex. draco ini
q̇tatis dux maleficoꝝ maleficia mea chri
stus est filius dei viui quem virgo genuit
maria ex verbo patris. quem ꝓphete ven/
turum predicauerunt. qui soluit peccata
mundi. illuminans tenebras ignorantie
nostre. qui te percutiet in eternum. cui tu
rationem redditurus es. Imperator furo
re repletus iussit beati erasmi carnes vn/
gulis ferreis effodi. gratulans psallens ꝓ
pheticum psalmū deo canebat dicēs. Po
suerunt hierusalem vt pomorum custodi/
am posuerunt morticina seruoꝝ tuoꝝ be
stijs terre. Tunc imperator furore replerᷣ.
iussit ministris plumbum. picem. sulphur
et resinam cum cera ⁊ oleo solui. ⁊ beatuz
erasmum perfundi. Stabat autem ange
lus domini cum eo qui ei refrigeriū pre/
stabat. Tunc beatus erasmus dixit impe
ratori. Ubi sunt mine tue ⁊ furor tu⁹ ma
gnus. ecce corpori meo prestitisti magnū
refrigerium. Uniuersa ꝟo plebs clama/
bat dicens. Dimitte hominē istum. ⁊ epi
scopum ciuitatis sue. quia deus christia/
norum operatur in illo. Et ecce subito fa/
ctus est terremotus magn⁹. tonitrua. cho
ruscationes. ita vt pene tertia pars popu/
li moreretur. Angelus ꝟo dñi cuz sancto
erasmo stabat ⁊ cecos homines ad christi
lumen deducebat. Imperator autem fu/
giens quasi timens ciuitatem ab ira dei
perire. locutus est ad populū ⁊ dixit. Iste
quem vidistis deum blasphemauit idō ta
lis est conturbatio. Tunc imperator re/
pletus furore iussit beatum erasmū i car/
cerem introduci. ⁊ sexaginta pondera fer
ri in ceruicem vel in manibus eius poni.
Et precepit ministris vt si quis inuentus
fuisset panem vel aquam ei dare morte
moreretur. Et fecerunt ministri sicut im/
perauit eis. Imperator autem anulo suo
signauit ostium carceris. Et circa mediā
noctem exclamauit beatus erasm⁹ ad do/
minū dicens. Dñe iesu christe accelera et
eripe me ne glorietur inimicus in seruis
tuis. ne dicant gentes vbi est deus eorum
Et ecce subito carcer illuxit. ⁊ fragrauit q̄
si fuisset aromatibꝫ plenus ⁊ visa sunt ve
lut duodecim candelabra ardentia añ be
atum erasmū martyrem ⁊ episcopū. An/
gelus dñi ingressus fuerat ad eum dicēs.
Erasme ecce ego veni ad te. ⁊ statim liq̄/
factum est ferrum tanq̄ȝ cera. ⁊ in medio
eorum stabat psallens ⁊ bñdicebat deum
dicens. Benedictus es dñe qui fecisti ce/
lum ⁊ terram cui astant angeli ⁊ archan/
geli cum tremore. ⁊ numerus martyrum
qui passi sūt ꝓpter te. qui fecisti misericor
diam cum seruo tuo ⁊ liberasti animā me
am de manibus inimicoꝝ. sicut liberasti
sydrac mysac ⁊ abdenago de medio for/
nacis ignis ardentis. ⁊ de mãu nabucho
donosor regis ⁊ sicut danielem seruū tuū
de lacu leonum. ⁊ oblato prandio p abā/
chuch ꝓphetam saturasti. ⁊ susannam de
falso crimine liberasti. ita ⁊ mecum fecisti
misericordiā. ⁊ ecce angelus dñi dixit ad
euz. Erasme exurge ⁊ ambula mecū vsq̄ȝ
in italiam. ibi tibi dñs eternam vitam tri
buet in seculum seculi. Et quasi colum/
ba christi plaudens sic in lugrido deposu/
it. Alia ꝟo die currens ad carcerem. signa
tum anuli sui inuenit. Cunq̄ȝ designasset
precepit ministris. adducite magum qui
deos meos pro nihilo fecit. ingressi autez
carcerem nusq̄ȝ cum inuenerūt. ferrū ꝟo si
cut cinis inuentum est. Et factus est cla/
mor magnus dicentiū. hominē non inue/
nimus. nam ⁊ ipsum ferrum nobis cinis
videtur eē. Quod vt audiuit imperator
sibi alapam in fronte percussit dicēs. Ue
mihi. delusum est regnū meum que dictu
rus ero populo meo. Uenerunt eni quasi
q̄draginta milia virorū ⁊ mulierum ad
spectaculum militis christi. turbabatᷣ to/
ta ciuitas in tremore grandi posita. chri/
stiani christianū querebant. vidue ⁊ or/
phani episcopum requirebant dicentes.
quid fecisti homini iusto. Tunc impera/
tor timore perterritus dixit quia a deo ei/
us in celum raptus fuisset. ⁊ per premiuz
magnū se redemisset. Et cum beatus eras
mus in lugrido venisset. multos in chri/
sti nomine baptizans. omnia virtutibus

operabatur. nam infirmos et cecos oratio nibus saluabat. Nam erat ibi quidam nobilis et primarius ciuitatis noie anastasius. cuius filius mortuus fuerat et corpus eius ad sepulchrum ducebatur. iussum enim fuerat a domino beato erasmo vt eum resuscitaret et redderet parentibus suis. et apprehendens beatus erasmus corpus defuncti dixit patri eius. Anastasi si credis in domino iesu christo qui natus est de spiritusancto ex maria virgine: recipies filium tuum saluum. Multa enim turba populi mirabatur ad hec verba. Anastasius dixit. et tu potes filium meum resuscitare. Beatus erasmus dixit. Non ego sed dominus iesus christus cui ego seruio. Anastasius dixit: Si filium meum saluum mihi reddideris. credo ego et domus mea et populus vniuersus. Tunc beatus erasmus iussit corpus eius deponi secreto. patrem et matrem iussit stare. flexis genibus super corpus eius dixit. In nomine iesu christi surge. Cumque surrexisset clamauit voce magna. Vere quia magnus est deus christianorum. et conuersus ad patrem ait. Pater vsque nunc errauimus. Dij enim quos colebamus nihil sunt. vidi enim eos in inferno non habere requiem a tortoribus. Deus autem viuus famuli erasmi magnus est. Et credidit anastasius et tota domus eius et populus vniuersus qui in illa hora fuerunt baptizati. qui sunt quasi quadraginta milia hominum. Tunc beatus erasmus exclamauit voce magna dicens. Gratias ago tibi domine iesu christe. qui congregasti populum tuum in via veritatis. Tu enim dixisti euangelica voce. Petite et accipietis. querite et inuenietis. pulsate et aperietur vobis. Benedic populum tuum hunc quem acquisisti. Et facta est ad eum vox de celo dicens. Erasme serue bone qui pro me laborasti in terra omnia quecunque petieris dabuntur tibi. Et benedixit dominus populum hunc qui crediderunt. In illa hora omnia idola que colebantur vertebant. Per septem autem dies beatus erasmus docens populum et confirmans in doctrina christi. dicebat. Custodite mandata eius que audistis. et magnalia dei que fecit in vobis. induti fide etiam fideles estote. Audiens hoc maximianus imperator que facta fuerunt in lugrido ciuitate a probo iniquissimo homine et sacrilego. qui dixit. Audi pie imperator que facta sunt in ciuitate tua. Regnum tuum delusum est. et dij nostri nescio quo homine antiocheno subuersi sunt. qui confitetur illum iesum christum qui crucifixus est ab hominibus in iudea deum esse. Quo audito imperator iussit beatum erasmum teneri et preparatum tribunal ascendit. et ingressus est beatus erasmus. Ad quem ait imperator. Dic tu scelerate homo que tibi est religio. Tunc beatus erasmus tacuit sed oculis suis respexit in celum. Imperator dixit. Nihil loqueris: et iussit maxillas eius contundi. Tunc beatus erasmus dixit. Lupe rapax. plenus iniquitate. malefice. quid persequeris seruum dei. Imperator dixit. Nonne hic ipse est qui crucifixus est ab hominibus in iudea. Sanctus erasmus respondit. Ego ipsius seruus sum. Maximianus dixit. Talis sis qualis et ille et sic moriaris. Tunc beatus erasmus subridens ait illi. Optime imperator bene dixisti mihi. vtinam illius ego merear vestigia sequi. quia effusio sanguinis ipsius nostra illuminatio est quem si velis agnoscere et illum credere. saluus eris. Imperator dixit. Tu in illum credas et genus tuum. Beatus erasmus dixit. Optime dixisti mihi. plane quia sic credimus. Hostias humilitatis et tribulationis munera offerimus ei qui saluauit populum suum a peccatis eorum. Imperator dixit. Consule tibi et accede et sacrifica dijs meis. Sanctus erasmus respondit. Quibus dijs me iubes sacrificare. Imperator dixit. Si tibi dixero consentis. Beatus erasmus dixit. Si videro forte facio. Tunc gaudio repletus imperator cum vniuerso populo vsque ad templum iouis iussit hominem dei deduci ad ciuitatem syrmitanam. et precepit organa et omne genus musicorum in templo parari. Et hoc videns beatus erasmus ingemuit corde: et oculos suos ad celum direxit dicens. Christe fili dei esto presens in ista hora et mitte angelum tuum qui mihi auxilietur: et confirmet me in ista hora a pugna diaboli quam mihi preparauit. Cumque

peruenisset in templum beatus erasmus
dixit. Ubi est deus quem iubes me adora
re. Imperator autem apprehendens ma/
num eius ingressus est templum ⁊ osten/
dit ei statuam eream magnitudis eiꝰ cu/
bitorum duodecim ⁊ dixit. Ecce deus me
us cui ego seruio. Stati vt diabolus aspe
xit faciem martyris christi ceciditstatua
et in cinerem versa est. exiuit ⁊ draco ma/
gnus ex illa. ⁊ occidit pene tertiam parteꝫ
populi. Imperator vt vidit se esse delusuꝫ
ascendit equum ⁊ ad palacium pergebat
percutiens pectus suum dixit. Ue mihi
delusum est regnū meuꝫ. nescio a quo ho
mine antiocheno. Magna autem pars
populi clamabat Serue sancte dei ora ꝓ
nobis vt non ꝑeamꝰ ab isto dracone. Tūc
beatus erasmꝰ imperauit draconi vt quē
quam hominē non ꝯtaminaret. Uidens
autem vniuersus populus syrmitanoruꝫ
q̄ztas virtutes per seruū suū operabat̄. ce/
perunt omnes credere christo. Beatꝰ au
tem erasmus dixit. Ecce quales virtutes
operatur deus iu eos qui credunt in illuꝫ.
et baptizati sunt quasi q̄draginta milia
hominū. Erat enī gaudium in celo ⁊ spe/
ctacula angeloꝝ. ⁊ quomodo pars diabo
li pugnabat aduersus electos dei ⁊ nō va
lebant mentes eorum auertere a cogitati
one dei. Tunc angeli voce magna clama
bant. Gloria ī excelsis deo. Et ī terra pax
hominibꝫ bone voluntatis. Qui sic fue/
rant ad dn̄m ꝯuersi responderūt Amen.
Conturbata est omnis syrmitana. Cont/
ritus ꝓo imperator misit armatos ⁊ ius/
sit omnes qui ad dn̄m ꝯuersi sunt gladio
puniri. Martyrizauerūt etiam trecentos
triginta homines cōmendantes se orati/
onibus sancti erasmi martyris. quibꝰ ait.
Ite in nomine dn̄i feliciter ad sanctam ci
uitatem quam preꝑauit vobis dn̄s. ⁊ ego
post modicum tempus subsequor. Erāt
autem angeli currentes per nubes celi su/
scipientes animas eorum. ⁊ triūphantes
martyres vsq̄ ad celum ꝑduxerūt. Et au
dita est vox psallentiū ⁊ dicentiū alleluia.
Uia iustorum recta facta est: ⁊ iter san/
ctorum preꝑatū est. Quod audiens bea/
tus erasmus gratulauit vt bonus pastor
super oues suas quas tradidit xp̄o. Tūc
imperator furore repletus. iussit beatum
erasmū teneri ⁊ diuersis supplicijs torq̄ri.
et iussit ministris tunicam eream aduer/
sus staturam eius ⁊ igneam fortiter eum
vestiri dicens. Nunc video si deus tuꝰ eri
piet te de manibus meis. Tunc beatus
erasmus dixit. Carnifex plenus iniquita
tis. filius diaboli. verecundiā tuam lau/
do qui deterior es carne. dixi tibi ⁊ nūc di
co. non timeo minas tuas si ampliora fa
cias. cor meum non trepidabit. ⁊ signās se
signo crucis vestiuit se tunica ignea. psal
lens ꝓpheticū psalmū dicens. transiuimꝰ
per ignem ⁊ aquam. ⁊ induxisti nos in re
frigerium. Item tanq̄ꝫ aurum in fornace
ꝓbasti eos qui in te credunt. ⁊ sicut holo/
causti hostiam suscipis. Statim tunica
ignea qua indutus fuerat. facta est frigi/
da sicut nix vt nulla macula super eū in/
uenta fuisset. Tunc beatus erasmꝰ dixit.
Ecce imperator confusus es cum patre
tuo diabolo eris in ignem eternū arsurus
nam dn̄s iesus christus filius dei libera/
uit me. Populus autem clamauit; Uere
quia magnus est deus christianoꝝ. q̄ tan
tas virtutes operat̄ in illo. Tunc impera
tor ait. Artes sunt maleficoꝝ vt igni im/
peraret ⁊ deos nostros deludat. Tūc bea
tus erasmus dixit. Stulte imperator que
putas maleficia. mecum est christus filiꝰ
dei. ipse qui imperat igni deos tuos delu/
dit. lapides ⁊ eramenta surda ab homini
bus conflata. quibus tu similis es. Nam
dn̄s meus iesus christus viuus est ⁊ vir/
tutibꝫ vincit. Imperator dixit. Quādiu
iniurias tuas tolerare possumꝰ. Tūc bea
tus erasmus dixit. Etiam ⁊ ego miror ve
recundiā frontis tue quia non erubescis.
Tunc imperator furore repletꝰ. iussit mi/
nistris suis ollam parare vrnarum vigin
ti plumbi picis simul cum cera ⁊ resina ⁊
oleo solui. ⁊ repleri ⁊ succendi. Et fecerūt
ministri sicut preceptum eis fuerat. ⁊ fer
uens facta est olla. ⁊ fluctuans sicut ma/
re. Et dixit ei imperator. Nunquid ⁊ hic
ars tua potest preualere. Tunc beatꝰ eras
mus dixit imꝑatori. Ista olla meum est
refrigeriū. Et facto signaculo crucis de/
scendit in eam. Statimq̄ꝫ vox dn̄i super
aquas deus maiestatis intonuit. ⁊ effu/

dit vnā vndam ex olla: ꝛ vstulauit impera
torez. Qui clamauit ardeo hō dei ora pro
me. Tūc beatus Erasmus dixit impato/
ri. Ve tibi lupe rapax. ꝛ gehēne ignis quē
tibi parauit deus simul cū patre tuo dya/
bolo ꝛ ministris eius. Scio ꝙ cor tuuz ob
duratū est. sed ꝓpter xp̄m istū circumstan
tē erit tibi bene: ꝛ quieuit illi dolor. Mul
ti aūt hoc videntes in illa hora crediderūt.
Impator aūt videns se delusū esse. iussit
martyrez dei recipi ꝛ in arta custodia ha/
beri. ꝛ ingenti ferro ponderꝫ colligari. Cū
qꝫ orasset. apparuit ei iuuenis similis filio
dei: vocans eū ꝛ dixit illi. Ego sum Mi/
chael angelus missus ad te vt te ducaz in
campaniaz prouinciā. que vocaꝛ formana
ad docendū populū. Apprehendēs eum ꝛ
eiecit eū de ciuitate firmitana. veniensqꝫ
nauiculā a dn̄o paratā inuenit. ꝛ transmi
grauit i ꝓuinciaz campaniaz. Alia ꝓo
die turbatus est impator ꝙ nō inuenisset
eum dicens. quia deus eiꝰ eripuit eū. Ser
uus aūt dī ꝛ martyr dn̄i veit et sedit i ciui
tate formana. et septem annis docens po/
pulum viam veritatis. Angelus aūt dn̄i
panē ei quotidie ministrabat. Postea ora
bat ad dominū. vt in ciuitate sua eternalr
quiesceret. ꝛ facta est ad eū vox de celo di/
cens. Erasme veni ꝛ requiesce in ciuita,
te quaz parauit deus fratrib; tuis marty/
ribus ꝛ ꝓphetis ꝛ recipe laborē tuuz. Per
te eīm honorificatus sum in celo ꝛ in terra
Tunc beatus Erasmus pro viduis ꝛ or
phanis deprecabaꝛ. Dn̄e vnigenitus dei
patris qui me fecisti requiescere in loco isto.
concede vt qui in hoc loco habitatōis mee
ꝓ suis necessitatibus preces effuderit. sic
inde transeat exauditus. vt tu ei sis hic et
in futuro placatus. Et respexit beatꝰ Era
mus in celum. viditqꝫ coronā inenarrabi
lem: ꝛ occursum sibi de choro apostolorūz
ꝛ ꝓphetarū. et inclinauit caput suum ꝛ di
xit. Domine suscipe animaꝫ serui tui. Et
completa orōne sanctum tradidit spirituz
et visa est anima eius candida tanqꝫ nix
qn̄ ab angelis deducebaꝛ cum gloria ma/
gna. ꝛ cum illis celū penetrabat. tercio no
nas iuniaꝝ. regnante domino nostro Je/
su christo

De sancto Kiliano

Kilianus scotorum ge
nere. nobilib; gentib; diuine tn̄
gratie factus est nobilitate cla/
rissimus. Scotia que et hyber/
nia diciꝛ insula est maris. fecūda quidem
glebis. sed sctissimis clarior viris. Ex qui/
bus columbano gaudet italia. Gallo dita
tur alemania. kiliano theutonica nobili/
taꝛ francia. Qui vt diximus nobili prosa
pia editus. a puericia liberalibus studijs
traditus simul cū literarū incrementis di
ligēter cepit indagare viā veritatis. Tan
dē ꝓueniente se gratia dei. spretis huma,
narū literarū studijs. oībusqꝫ hmōi illece/
bris: monasteriū petijt abnegauit semetip
suz. tulitqꝫ crucē suam ꝛ secutus est chri/
stū. Igiꝛ in monasterio positus q̄nte obe/
dientie. q̄nte frugalitatis. quāte fuit vigili
arū ꝛ orationū instantie. vite presentis ter
minꝰ declarauit. Quis etem̄ martyrij pal
ma ꝑ gratiā magis q̄ꝫ ꝑ merituz constet.
bonis tamē adimpleꝛ operibus Videntes
itaqꝫ fratres monasterij in virtutum pro/
fectionibus beati viri ꝑseuerantiam p̄mo
eum ꝑ ecclesiasticos gradus ad officiū p̄/
sbyteratus precibus ascendere. deinde eiꝰ
dē monasterij regiminis curā sumere coe
gerunt. Ille aūt sciens ꝑfectionē caritatis
sine dilectione ꝓximi ꝑfecte constare non
posse. passus est in ꝓprijs se aliquantulum
minorari. vt fratrū prodesse posset vtilita
ti. imitatus apl'm cupientē anathema fie/
ri a christo pro fratribus ꝛ cognatis ꝺm
carnē. Veruntamē cū fama beati viri lon
ge lateqꝫ crebresceret. metuēs ip̄e ne fauor
popularis macule sibi rugaz infigeret. ce
pit meditari qualiter notos ꝛ ꝓpinquos
relinqueret peteretqꝫ longe sepositas ter/
ras. vbi obscurus fama: ꝛ vilis genere pos
set haberi quo liberiꝰ diuis cultib; vacare
valeret. Deliberatione itaqꝫ recedēdi ꝑa
cta. collectiꝫ fratrib; in q̄b; idē feruor arde
bat. ad vicinā scotie britaniaz deuenit de
inde Galliam attigit. Qua ꝑmeata in ꝓ/
uinciam germanie deuenit. q̄ ab incolꝛ ter
re ip̄iꝰ orietalꝛ frācia vocaꝛ. ibiqꝫ i vrbe her
bipoli se morari disposuit. nō veritꝰ incre/
dule gentis feritatē exꝑiri. eo ꝙ intrepidus

coronam optaret martyrij. sed tamen a p̄/
dicatōnis ꝟbo interim abstinuit donec ro
mano se pōtifici p̄ntaret q̄ten⁹ apud sedez
romanā ⁊ integrū christiane religiōis do/
gma ⁊ licentiam p̄dicandi acciperet. Tunc
aūt p̄erat romane eccl'ie canon pōtifex hu
manis diuinisqꝫ lr̄is pollēs. pontificali offi/
cio ꝯgruus. ⁊ in rebꝫ eccl'iasticis ydoneus
Qui audita fide bt̄i kiliani caritatꝫ nexi/
bus illigata deo grās retulit eiqꝫ sese cari
tatis amore impartiuit. exultans scia diui
ni eloquij ab insulanis ac lōge positꝫ docto
ribus augeri. Erat em̄ apō egregiū ponti/
ficē nō modica exultatio q̄ cernebat pau/
latim euacuari fraudē anti q̄ hostis crescē
tibꝫ ministris diue opatiōis. Tūc ex ꝯsensu
toti⁹ vrbis beatū virū in p̄sulatus officiū
ꝓmouit. q̄ ⁊ chrisma ꝯficere. ⁊ ecclesias de
dicare. ⁊ sacros ordines dare irrep̄hensibi
liter valeret. His ita peractis dimisit eū
vt cepto opi insisteret. p̄ato sibi a dn̄o pre/
mio eterne retributōnis. Bt̄is itaqꝫ kilia
nus vrbē egressus p̄acto itinere cū colūba
no presbro ⁊ Totnāno leuita ad locū sibi
destinatū p̄uenit. Colūbanc in ytalia re/
licto. nā romā p̄gens. gallū in alemania fe
bre grauatū dimisit. Peruēiēs igit̄ ad p̄di
ctā vrbē herbipolim. nō eū quē in eadē ꝓ/
uincia ducē reliquerat inuenit. sed alium
noīe Gosbertū Porro venerabilis vir pau
latim cepit pabula diuini ꝟbi incredulis
ppl'is ministrare. tantāqꝫ ei dn̄s grām ꝯtule
rat. vt in breui tp̄e gentis loquelā p̄discerꝫ
eisqꝫ ꝓprio sermone semina veritatis eroga
ret. Mirabant̄ aūt oēs nō solū nouitatez
doctrine: sed ēt exuberātiā eloquētie. facū
diā q̄ꝫ sermonis cōmitabat̄ efficatia ꝟtu/
tis. Impletū ē in illo qō veritas ap̄lis pro
mittit dicēs. Ego dabo vobis os ⁊ sapien
tiā. Et itez. Opa que ego facio ⁊ vos faci
etis. Sed cū iā semina diuini eloquij suc/
crescerent ⁊ plebs gradatim minueret̄ ab
errore gentilitatis vsqꝫ ad p̄ncipes ppl'i sā
cti viri fama p̄uenit. vt duci q̄ꝫ ꝓuicie nō
lateret. Qui eundē sanctū virū sibi p̄nta/
ri iussit. expiri cupiens q̄ eēt hec doctrīa ha
cten⁹ sibi incognita. Erat aūt ipe p̄nceps
naturali ingenio p̄dit⁹ licet gētilitatꝫ erro/
re fedatus. Ad quē btūs kilian⁹ p̄ueniēs
ꝯstant̄ ꝟe religiōis dogma insinuare cepit.

docens patrē ⁊ filiū ⁊ spūmsanctū. vnū eē
deū icōmutabilē. visibiliū ⁊ inuisibilium
oīm creatorē. Prefatus ꝟo p̄nceps admi/
ratus tantā bt̄i viri ꝯstantiā: ⁊ sermonum
insupabilē ꝟitatē. q̄ naturali vt diximus
pollebat ingenio. veris se sentētijs supatū
ad ei⁹ distulit auditōnez. volens frequēti
apud se tractatu rimari. vtrū quē kilian⁹
docebat an diane cult⁹ preponēdus foret.
Diana nanqꝫ apud illū sūma veneratiōe
habebat̄. Verūtamē vir egregi⁹ iugi instā
tia laborabat vt deo redderet animas q̄s
dyabolus p̄dere conabat̄. Porro p̄noiat⁹
dux cernens ꝯstantiā p̄dicatōis bt̄i kilia/
ni. secreto veīt ad eū. cupiēs doctrinis suis
instrui. q̄ten⁹ agnito tramite veritatis. abi
gere valeret. amfractus erroris. Sed a be
atissimo viro catholice fidei documentis
diligēter instruct⁹; ꝓximo die dn̄ice resurre
ctōis cū mlt'ꝫ alijs dato noīe aq̄ lot⁹ baptis
matis. absolutionē p̄stini ꝓmeruit erroris
Sicqꝫ factū est vt pene tota ꝓuincia orien
talis francie. relicto demonū cultu. diuini
religioni opaꝫ daret. Predict⁹ dux Gosb/
tus monitu assiduo bt̄i kiliani ad melio/
ra de die in diez ꝓficiebat. Erat aūt illi cō
iunx s̄m gentilitatis ritū. que quondā fra
tris ipius cōiugio fuerat copulata nomīe
Geilana. Sed vir dei iccirco in initio fidi
tale noluit cōiugiū ꝓhibere: ne in penitudi
nē credulitatis grauitate in oībus preliba
tus princeps duceret̄. ⁊ hoc est q̄ ap̄ls nō
dū in fide p̄fectis dicit. Tanq̄ꝫ paruulis ī
xp̄o lac vobis potū dedi. nō escam. p̄fecto/
rū em̄ solidus ē cibꝫ. ideo qō nouerat gra/
uius distulit in futurū. sicqꝫ diuino reuelā
te spū sciēs in hac re sibi ⁊ socijs causaꝫ cō
stare martyrij. vt multis interea ꝓdesset i/
terim obmisit tale damnare cōiugiū licet
cuperet dissolui ⁊ esse cum xp̄o. imitatus
apostolū qui in sporta a fratribꝫ p̄ muruꝫ
dimissus est. non vt mortez timeret. sed vt
multis ante mortē ꝓdesset. Verūtamē cū
q̄dā die btūs presul ducē familiariter allo
queret̄ dixisse int̄ cetera fert̄. Fili mi quē p̄
euāgeliū genui. gaudeo valde in ꝓfectu fi/
dei tue. sꝫ mlt'ū me mouet q̄ illicitis nupti
is detineris. ⁊ vereor nimis q̄ a recto itine
re tali ꝯiugio retarderis. Legit̄ em̄ btō ia
cobo dicēte. q̄ q̄ totā legē seruauerit offen

datã aũt ĩ vno factus est oĩm reus. Preterea in baptismate inouatˀ hõ. ꝛ nõ ex pte sed totus. vt aũt totꝰ inouari possit: nihil pisti/ni retinere dꝫ erroris. Audiẽs aũt hꝰ prin/ceps. pmo hesit stupore. deinde alta suspi/ria trahẽs. valde em̃ diligebat eã quã ha/bebat vxorẽ. tale deinde ferˀ dedisse respõ/sũ. Audiui pater te docente. qꝛ dñs iesus pcepit nihil suo amori pferendũ. nõ patrẽ nõ matrẽ: nõ filios nõ vxorem. ꝛ iccirco q̃/uis vnice diligã iunctã mihi vxorẽ. prepo/no tñ diuinũ amorẽ. Sꝫ nũc nõ adest mi/hi ociũ inqrendi qualr eã dimittã. qꝛ con/tra hostes nr̃e reipublice festino. Cũ autẽ reuersus fuero iuẽta oportunitate dimittẽ di sepabor ab illa. Hoc ṽo cum ad aures Geilane puenisset. q̃s em̃ fallere posset amã/tẽ. graui incanduit ira ceu raptis catulˀ le/ena. Diuq̃ secũ bachata ex eo cepit q̃rere quõ sctõs viros extingueret. Nulla em̃ bestia in hꝰ mundo similis est mlieri male. sic hꝰ mu/lier nephanda: callida meditatiõe pquire/bat. q̃lr sine ꝓplari strepitu ꝛ vulgi cogni/tione sctõs viros pderet. armabatˀ nãq̃ i/pacientia ire ꝛ libidinis furore. Et qꝛ dya/bolus iniq̃ cupiẽtibꝫ fomẽta malicie sbmi/strat. iuenti sũt duo mistri crudelitatꝫ q̃ p/mitterẽt se satisfacturos Geilane desideri/is: datꝫ sibi muneribꝫ miserrime executõis. Solebat itaq̃ btũs kilianꝰ post pugnã dor/mitionẽ necessitatis ad studiũ vigilare. p/uectꝫ orõnis. Quadã ṽo nocte cũ leuesˀ somnos capet. ita vt nec dormiret integre nec vigilaret aperte. apparuit ei vir habi/tu formaq̃ pulcerrimꝰ dicẽs: kiliane ami/ce surge. nolo te diutiꝰ laborare. vno dũta/xat certamine tangeris ꝛ sic sp mecũ eris. His dictis abscessit. Euigilãs aũt egregi/us vir intelligens diuinã sibi adesse visita/tionẽ. puocatis fribꝫ ait. Fratres vigilate. cito aderit dñs ꝛ pulsabit ianuã. cauendũ ꝙ est ne nos somno torpẽtes iueniat. Ad/damus oleũ lampadibꝫ dũ tp̃us est. ne si forte defecerit tũc incipiamus querere qñ nõ poterimꝰ iuenire. Jllis itaq̃ media no/cte orõni vacantibꝫ. carnifices strictis gla/dijs locũ in q̃ orabãt. penetrarũt. Q̃d cum sacerdos dei intuitus esset. ait. Amici ad q̃d venistis. implebitꝫ pceptũ. ꝯsumabitisˀ cursum. his dictis interfecti sũt. ibiq̃ terre mãdati. ne q̃s scire posset q̃d de illis factũ foret. Vestimẽta q̃ꝫ cũ q̃bus diuina offi/cia pagebãt sacriq̃ libri simˀ cũ eis defossã sunt. ne quod indiciũ necis eoꝝ deprehen/di posset. sed clam discessisse putarenˀ. cau/sa solite pegrinationis. Erat tñ quedã no/bilis mulier Burgũda noĩe. que a princi/pio pdicatõnis eoꝝ sanctis adheserat vi/ris. habens cellulã iuxta oratoriũ sancto/rũ. q̃ facilius diuinis laudibꝫ interesse va/leret. Hec intenta vigilijs que facta fue/rant diligenti studio inuestigauit. Receden/tibus q̃ꝫ carnificibꝫ. lintheolo mũdo fusũ sanguinẽ sanctoꝝ collegit ac terre diligen/ter infodit: vigilijs ꝛ orõnibꝫ vacans vbi sanctoꝝ corpa obruta nouerat. Excolebat loca veneratõe q̃ poterat. licet silenter ne si/cut postea factum est Gailane iussu remo/uerenˀ. Eadẽ nanq̃ sceleratissima mliere stratis q̃ꝫ plantis stabulũ equoꝝ ĩ loco vbi sancti martyres humati erant fieri iussit ne quoindicio sacra corpa pderenˀ. Ferũt tñ ab his qui tũc fuere posteris relatũ. q̃ aĩalia ibi stabulata sup sepulcra martyrũ nec stercora nec vrinam iacerent. honorẽ martyribus exhibentia. vt q̃d de capite p/pheta vaticinatus est hic in eius mẽbris reperirenˀ. Cognouit inquiens bos possesso/rem suum ꝛc̃. Jsrael aũt nõ cognouit me. Taliq̃ modo vt dictũ ẽ sctõꝝ corpora ho/minibꝫ pene ignota forẽt nisi prefata bur/gunda in extremo vite posita. quibusdã fi/delibus vbi posita essent. reuelasset. Con/tigitˀ aũt vt dux peracta militia reuerterenˀ ad locũ vbi sctõs viros dimiserat. Quos cum nõ inuenisset. cepit studiose pquirere quando ꝛ qua causa recessissent. quoue ab/ierint. Eius ṽo vxor veneno malicie feda/ta. aliquando rubore perfusa. aliquando pallore depressa. aliquando cõfidentia ro/borata. diuersos anfractꝰ nequitie sue frau/dibus p̃tendebat. dicẽs. Non se eos custo/disse neq̃ custodes adhibuisse. quando voluerint venisse. quando sibi placuit re/cessisse. q̃ pegrinationis sue morẽ seruarẽt Que femina ṽba nõ emolliũt. quẽ a statu rectitudĩs nõ retrahũt. Credulis itaq̃ ṽ/bis ꝯiugis pnceps aliquantulũ cepta ab

inquisitione quieuit. Sed qz iuxta domi/
nicã vocem nihil opertũ est. quod non re/
uelet. et occultũ quod nõ sciat. cũ ea que fa
cta fuerant paulatim obliuioni traderent
vnus eorũ q̃ sctõs viros gladio inuaserant.
subito demonio arripit. z proprijs se dentibus
lanians a presenti migrauit in eternaz pe
nam. Alter vero in rabiem versus gladio se
metipm appetijt. effusisqz visceribus per
tormenta presentis temporis ad eterna
peruenit. Non multopost et ipa belua de
qua loquimur demonibus arrepta voce ma
gna clamabat. Juste torqueor que sanctis
viris tortores adhibui. z cũ magno cruci
atu ad cruciatũ dyabolo paratũ peruenit.

CXCVIII

De sancto Heinrico imperatore

Anno ab incarnatione
dñi. M I. ab vrbe aũt condita
M DCCLII. Octone. III. ro
me defuncto vacãte regni solio
cũ de pncipe ageret subrogando. omniuz
vota. nutu diuino ad eũ inclinant. q̃ tunc
in regno potissimus habebat. Fuit nanqz
eodẽ tempe quidam dux bauarorũ nomie
Heinricus. heinrici eiusdez gentis ducis
filius: cuius temporibus sanctus wolfgan
gus ratisbonensium prefuit episcopus tã
bonitate qz nobilitate regia cõspicuus z vni
uersa morũ honestate preclarus. Hic ini/
tiũ sapiẽtie timorẽ dñi pleniter ẽ secutus.
quia erat omniũ literarũ studio principa/
liter imbutus. z totus sane fide z actione
catholicus. Hic ergo ab omibus pari vo
to z cõmuni cõsensu omniũ asciscit. diuina
vtiqz disponente clementia. vt p tempora
lis regni fastigia ad culmen regni celestis
pertingeret. Cumqz predictus rex Heinricus
necdũ cesaris vel ipatoris obtieret dignita
tatem. apparuit ei ratisbone beatus wolf
gangus episcopus tali visione. Visuz nã/
qz est ei q manẽs in ecclesia sancti Emme
rãmi episcopi z martyris accederet oran/
di gratia ad bti wolfgangi sepulcrũ. in ea
dem basilica situm. Cumqz ibidem domi/
nũ z sanctũ wolfgangum intimis precibus
conaretur exorare. subito videbatur ei. ipe
sanctus wolfgangus astare. eumqz hmõi
verbis appellare. Intuere diligenter lite/
ras in muro q̃ est secus tumulũ scriptas.
Erat aũt sic sibi videbat scriptũ solũmo/
do post sex. Euigilãs aũt rex retractatiõe di
uturna secũ reuoluit paucissima huius visi
onis scripta. In pmis arbitratus q post VI
dies eẽt moriturus. multa dispẽsat paupibus.
Cumqz dierũ. VI. numerus pterisset. z ni/
hil in se rex molestie corporalis sensisset. pu/
tauit predictã visionẽ ad sex mẽses ptine/
re. Transactis vero sex mensibus cũ nihil in/
firmitatis in se pateret: arbitratus ẽ hunc
numerũ ad sex annos ptinere. ideoqz q̃ et
sup cepit timere. Cumqz sex annorũ numerus
integer ptransisset z septimi anni dies fuo
lutus venisset. ipo die p aplicã bñdictionẽ
suscepit cesaris dignitatẽ. Tũc tandẽ sen/
tiens qualis esset sua visio. grãs egit deo
sanctoqz wolfgango epo qui sibi talem re
uelare dignatus est dignitatẽ. Unctus er
go in regem beatissimus dei famulus hei
ricus. temporalis regni nõ contentus an
gustijs. p adipiscenda imortalitatis coro/
na summi regis. cui seruire regnare est. mi
litare disposuit. Sũmã etem diligentiam
in amplificando cultu religionis adhibu/
it. ecclesias dei ditare possessionibus z imẽ
sis ornatibus augere cepit. Sedes quoqz
episcopales Hildensheim vicz. vbi a pu
ero fuerat enutritus z literis edoctus Ma
gdeburg z argentinam Missnam z mer/
senburg. que barbarica imanitate adiacẽ
tiũ sclauorũ vastate fuerãt restaurauit. et
tam ipis qz alijs episcopatibus p vniuer
sũ regnũ in possessionibus z ornamentis
innumera dona distribuit. Deniqz consũ/
matis huius vite laboribus postqz bone opi/
nionis odorẽ longe lateqz redolere fecerat
locumqz sibi dilectum z cetera monaste/
ria ditando z ornando et excolendo ad p/
fectum adduxerat. adqz percipiendam im/
marcessibilem coronam a domino voca/
tus est ab ergastulo carnis. Qui cernens
diez mortis sibi iminere. vocatis ad se pa
rentibus beatissime imperatricis Kune/
gundis. necnon etiã quibusdam regni pri
oribus. manu eam apprehendit z cõmen
dauit eã illis hmõi verbis memoria dignis
simis. Hanc ecce inquit mihi a vobis imo
a christo consignatam. ipi christo domino
nostro z vobis resigno virginez imacula/

tam. In eius ꝓ transitu terra plorante celū exultauit. sicut etiā dn̄s per suam misericordiaz reuelauit. In ipa em̄ hora exitus illius cuidā seruo dei in solitudine cō morāti dyabolus in humana specie fert̄ apparuisse. Quez vir dei ꝑ spiritū ꝓtinus agnouit ⁊ ait ad eū. Quo ꝑgis. At ille respondit. Ad exequias impatoris ꝑgo. Cui ille ait. Vade ⁊ comple negociū tuū q̄tū a dn̄o tibi ꝑmittit̄. Veruntamē cōsūmato officio tuo adiuratus per deum viuum ad me reuertere.: vt ꝑ te rei exitū possiz cognoscere. Post modicū ꝓ reuersus coraz seruo dei gemebūdus astitit. ⁊ voce querula cū ingenti eiulatu dixit. heu heu delusi sumus: inuanū laborauimus. ꝗ etiaz ab angelis dei confusi discessimus. De hoc require in legenda sctī Laurētij martyris

CXCIX

De sancta Barbara

